ENNIANAE POESIS

RELIQVIAE

E594V
Quintus Ennius

ENNIANAE POESIS

RELIQVIAE

RECENSVIT

IOANNES VAHLEN

LIPSIAE
SVMPTIBVS ET FORMIS B. G. TEVBNERI
A. MDCCCLIV

AGAD
LEGD BAT.
BIBL.

22469
23/3/92

Ex auct. Curatt.
venuidi
W. N. du Rieu.

VIRIS · OPTVMIS

FRIDERICO · RITSCHELIO

LVDOVICO · SCHOPENO

THEOPHILO · WELCKERO

TESTIFICANDAE · PIETATIS · ERGO

D · D · L · M

IOANNES · VAHLENVS

PRAEFATIO

Q. Ennii poesim per multorum libros dispersam qui in unum conligere et emendate scriptas particulas in integrioris aliquam corporis speciem restaurare hodie susceperit, is uereor ut cuiquam aut superuacaneum laborem subire aut intempestiuam insumere operam uideatur. Nam cum nostra demum aetas etiam remotissimis, quae diu neglectae iacebant, litterarum Romanarum partibus exoptatam lucem attulerit, tum superiorum Ennii editionum uix ulla est, quae desiderio paullo seueriori satis facere possit. Etenim ne quid iniquius de Stephanorum cura iudicem, quos conquirendi Ennianas reliquias initium fecisse constat, uel ipsa Columnae laudabilis industria multum afuit, ut omnia, quae in hoc genere praestari debeant, confecerit. Ni mirum interpretem tam rerum quam dictionis Ennianae pro illa quidem aetate egregie se gessit, criticam operam, qua maxime indigebant hi uersus, parum intente nauauit, nec fere attigit disponendi ac probabili, quo olim fuissent ordine, conectendi fragmenta officium. Neque is qui repetendo Columnae libro praefuit Hesselius, nouare quicquam in auctoris opere instituit; supplementum tantum huic nouae editioni uarias eruditorum in Ennium notas et castigationes subiecit.

Praeter illos autem nemo, quae de Ennii carminibus super sunt, omnia comprehendit: sed tragici epicique tantum generis particulae, in duos quasi granorum aceruulos conlectae, tractabantur seorsim. Ac tragoediae quidem reliquiis, in tragicorum Latinorum corpore receptis, olim

Delrio, Scriuerius, Vossius, nuper, hoc est trium fere saeculorum interuallo, Bothius studiosam sed parum a fide et numerorum doctrina subtiliore commendabilem operam adhibuerunt. Annales autem edendi curam Merula suscepit, ingeniosus Batauus: sed nimium indulgens ingenio nec emendatione profuit insignius, nec felicius fragmentorum, quam praecipue agebat, dispositionem instituit. Qui ne perspexit quidem, quos fines huic coniecturali critices generi ipsa natura rerum praefigat: in quo genere hariolandi ac temere opinandi uberior materies, seueritate argumentandi aut rationum necessitate probari pauca possint. Vnde Merulam non eum fuisse apparet, cuius praecipue uestigiis editor annalium recentior insisteret: et tamen eius auctoritati se addixit, qui nouissime annales Lipsiae edidit, sed ita edidit, fere ut Merulae librum exscribendum operis tradidisse uideretur. Propriae sibi dotis hoc tamen editor Lipsiensis habet, quod eam, quae ab Merula prodiit, dispositionem annalium suppleuit, tanto ni mirum successu, uix ut ulli frustulo minutiori in retexta carminis tela sedem non concederet: quasi eius, qui deperditi scriptoris fragmenta edit, haec sit praecipua laus, ne quid incertum sibi aut obscurum fateatur.

Itaque patebat haec, in qua cum fructu litterarum non tenui elaborare uidereris, prouincia: sed eam diu destitutam nescio quo pacto nemo obtinuit: nec ego ut accesserim, hoc meo libero consilio factum, aut quod mea me studia ultro in hunc maxime campum duxissent. Cum enim deuersarer in longe alia litterarum nostrarum regione, autumno anni CIↃIↃCCCLI ordo philosophorum Bonnensis de Ennio iussit ita certari, ut 'praemissa de poëtae uita, arte et scriptis disputatione eius annalium fragmenta emendentur, disponantur, inlustrentur.' Adliciente quaestionis gratia, quae mihi uidebatur, et laudis

studio, quam e uictoria sperabam, detinente, hoc ego in me suscepi certandi periculum. Nec defuit, quo id litterarium certamen iusti certaminis simile exiret, in eodem stadio decurrens concertator, unus quidem, sed is duplici uirium pernicitate instructus. HVGO ILBERGIVS enim et THEODORVS HVGIVS, amicorum par non magis inter se quam mihi deuinctum, cum ab initio suam uterque uiam persecuti eiusdem uictoriae laudem adpeterent, mox ueriti, ne neuter attingeret calcem, conferunt opes et unitis uiribus ad propositum finem contendunt: quod illi non tecte aut insidiarum instar egerunt, sed ut certatores candidi et mecum communicarunt consilium et ordini rei institutum omni fide confessi sunt. Itaque ordo agnoscens neutram non dignam esse uictoria disputationem, mihi, ut qui 'unus coniunctam duorum operam aequauerim', palmam attribuit, competitores autem meos proxime accessisse ad uictoriam indicauit. Atque illorum operae luculenta specimina exstant, Ilbergii de primo annali, Hugii de septimo, octauo, nono conscriptae dissertationes. Ipse sub idem fere tempus quasi prodromo quaestionibus Ennianis emissis ad editionem annalium integram parandam accessi, maxime FRIDERICI RITSCHELII, praeceptoris insigniter de me meriti, auctoritate adductus: cuius sententiae competitores facile obtemperantes, quae de Ennio commentati erant, meum in usum commiserunt. Quorum acumini quantum praecipue annalium et emendatio et dispositio debeat, ipsorum nominibus ea fide, quae decet maxime philologum, distinxi.

Sed ne sic quidem, nisi accessissent alia, Ennii editionem licebat eam, quae et mihi et ceteris satis faceret, instituere. Quotus enim quisque eorum scriptorum, qui non dapes opiparas sed frusta minuta saepe et tamen cara prisci uatis adponunt, hodie eis artis criticae instrumentis

adornatus prodiit, quae et aliis nominibus requiras et in opera qualis haec est acerbe desideres? Vel Ciceroni, licet multi multum uariae curae attulerint, illud ne hodie quidem quisquam praestitit, quod ante omnia fuit praestandum: nec eo multo melius habiti sunt e grammaticorum turba superstites tantum non omnes. Sed eorum scriptorum rumor aut certior fama parari, quales significo, editiones ferebat: quarum dotes, ne in festinationis culpam incurrerem, exspectare debebam, nisi contigisset mihi usum earum quasi anticipare. Hoc enim debeo eximiae beniuolentiae egregiorum uirorum, qui manu scriptorum, quos possiderent, thesauros liberaliter recluserunt mihi et Ennio meo. Et Macrobii quidem Saturnalibus tum nondum foras datis LVDOVICVS IANVS, quarum usus foret, pagellas typis expressas ad me transmisit. Ad Varronis locos Florentini libri uarias lectiones LEONARDVS SPENGELIVS ex ea, quam denuo Henricus Keilius accuratissime fecit, conlatione mea gratia excerpsit. Ipsius autem KEILII comitati acceptam refero, quam e minorum grammaticorum, Charisii, Diomedis, Donati, Marii Victorini, Cassiodorii, codicibus scripturae discrepantiam exhibui. Gellius et Priscianus quantam partem Ennii reliquiarum continent, eam mihi codicum copiis MARTINI HERTZII instruere licuit. E Nonii libro Bambergensi, cuius mutila hodie conditio plurimos Ennii quoque uersus absorpsit, tenuem, quam ad annales praebebat, scripturae uarietatem CAROLI HALMII benignitate accepi: eo uero largiora et splendidiora ad Ciceronis locos subsidia eiusdem uiri praestantissimi eximiae liberalitati debentur. Quibus ALFREDI FLECKEISENI accedebat ad Catonem maiorem apparatus lautissimus. Porro Ilbergius in itinere Cassellani codicis Seruii partem a Bergkio non editam inspexit mihique quae his laciniis ad Ennium continebantur commodauit. Denique antiquam

erga me uoluntatem nouo exemplo probauit LVDOVICVS SCHOPENVS, qui criticam suam supellectilem ad Donatum Terentii interpretem conlectam meum in usum excussit.

Talibus et tam luculentis edendi subsidiis instructus dum totus uersor in annalibus, Ottonis Ribbeckii adferuntur Tragicorum Latinorum Reliquiae. Quem librum posteaquam accurate tractaui, ad hoc singulare in suo genere exemplum meam editionem quam possem proxime adplicare constitui. Cumque ibi optime de Ennii tragoediis consultum uiderem, eo facilius me huc adduci patiebar, ut, quod non uno nomine et mihi et aliis optabile uisum, comitem annalibus haec fragmenta subicerem. Qua re cum omnibus, quibus haec studia cordi sunt, gratum facturus uiderer, tum Ribbeckius ipse, fere non subuereor, ut iniquiore fronte inceptum meum excipiat. Itaque in uniuersum textum exhibui, qualem constituit Ribbeckius: sed cum denuo, ne temere sequerer ducem quamuis certissimum, grammaticorum uolumina excuterem, inter legendum et addidi quaedam et emendandi hic illic opportunitate usus sum. In eo uero longius a Ribbeckio editio mea recedit, quod cum ille fere quidquid fragmentorum sine tragoediae indice traditum est ad incertas relegasset reliquias, de eorum sede quid diuinando assequi posset, in quaestionibus scenicis periclitatus: ipse, quo e reliquiis facilius tragoediarum tenor appareret, incertis uersibus in fabulis ipsis, si fieri poterat, locum probabilem adsignaui. Denique quo omnia Enniana unus liber contineat, etiam minorum poëmatum frustula conquisiui ac situ, quo hi maxime uersus obducti iacebant, ut potui, purgata adieci.

Ita ematurescere paulatim lucubrationes in Ennio positae meae: cum RITSCHELIVS, quo etiam a typorum chartarumque elegantia decus quoddam libello contingeret, bibliopolam honestissimum et quem de nostris litteris egregie

mereri notum est, suo rogatu adduxit, ut edendi opportunitatem sumptusque liberaliter praeberet. Quo acrius me illud cauere decebat, ne libri nitori ac gratiae, quae artificio Teubneri debetur, male responderet incuria editoris. Quare quid iucundius mihi magisque exoptatum esse poterat quam tali adiumento ac praesidio uti, quale insignis beniuolentiae documentum ALFREDI FLECKEISENI tam ingenii quam oculorum sollertia praebuit: qui cum pagellas mecum typothetarum erroribus purgare non recusasset, in eo labore ingratissimo tam acriter rexit inscitiam operarum, quam benigne meam uirium tenuitatem et doctis monitionibus et egregiis inuentis adiuuit.

Verum cum iam bona pars fragmentorum prelo exissent, en nouae accedunt Halmii Fleckeisenique subsidiorum dotes gratissimae. Et Fleckeiseni quidem amicitia factum est, ut ad uersus, quibus Appuleius utitur, Hedyphageticorum ab Henrico Keilio excussi Laurentiani uaria lectio meas in manus ueniret. Halmius autem, quo singularem erga me beniuolentiam cumularet, perlustratis quae officinam reliquerant pagellis, et ex uberrimo suo Ciceronis apparatu et e Bambergensi Prisciani Orosiique libris misit opimum discrepantis scripturae auctarium. Cum praeterea et mihi sensim, quae corrigerem, subnascerentur, alia Gellio, qui interea lucem uidit, Hertzii Kayserique his ipsis diebus emisso Cornificio ad Herennium adferrentur, inde non tenue addendorum, quod infra exposui, spicilegium succreuit.

Annalium I fr. VII *non diceret se uidisse* Leid. a b 36 *et cita* Leid. a b 37 *talia tum memorat* Leid. a b c 38 *eurydica* Leid. a b. *euridica* Leid. c 39 *uita meũ corpus nunc* (*meũ corpus* in rasura) Leid. b. *uitãque corpus nrũm nunc* Leid. c 40 *amena* Leid. a c 42 corrige *post illa* in textu 43 *querere utique posse* Leid. c 45 scribe

exim quod est in Leid. a et b, nisi quod in illo mutatum in *exin* 46 *cognata* Leid. a b. *cognita* Leid. c *gerendae* Leid. a b c 47. 48 inuerso ordine item Leid. a b, non c *efatus* Leid. a *haec pater effa*^{tus} *germana* Leid. b. *haec fatus pater et germana* Leid. c 50 *quanquam* Leid. c 51 *lacrumans* Leid. a b 52 *cum* Leid. b c. *tum* Leid. a

I fr. LVII addas: Consentii Ars p. 5 'Ennius dicit plerumque induperatorem pro imperatore.' cf. Ann. 332. 350. 552 . 80 *curatum* Leid. a b. *curatī* Leid. c; sed fortasse ne sic quidem debebam de uulgato *concupientes* dubitare 82 *in monte Remus* Leid. a b c *deuouerat quae* Leid. a c 83 *solus aut seruat* Leid. a c 84 *alte uolantum* Leid. a b c 85 *romam remoramne* Leid. a. *romam remoram neque* Leid. c. *romam rem // // amne* Leid. b

87 corrige: *quom mittere:* hoc enim *cōmittere* ualet, quod est in Leid. a; *cum* correxit in *com* Leid. b 88 *ault* Leid. b c *audi* Leid. c 89 *qua mox* Leid. a b c

90 *orc timebat* Leid. a b c, nisi quod Leid. c *timebant* 92 *in* Leid. a sup. lin. m. alt. 93 *foras stux* Leid. a 94 *pulcherruma* Leid. a b 95 *teua* Leid. a *auis et simul* Leid. a c, unde caue conicias: *taeua uolat auis et simul*

96 *quattuor* Leid. a. *quatuor* Leid. b c 97 *pulchrisque* Leid. a b c 98 *esse propriam* Leid. a c 99 *stabilitas cam na* Leid. a. *stabilita scamna* Leid. b c fr. LXV *commiserantes* etiam Bamb. 402 (m. alt.) Kayseri, cuius uniuersa librorum familia secunda hoc quartum participium omisit 113 sic corrige notam: *o Tite tate tute tibi* Wuerzb. et Par. Rhet. ad Her. *o tite tute tate tibi* cod. Charisii et Tross. Rhet. ad Her. adde ibidem: *o Tite tute tibi* Fris. Rhet. ad Her. 159 in textu tolle comma pone *memorat* 161 *omnia non nunc haec esset* Leid. a Vind. *omnia non nunc* (*nunc* lineola transuersa notatum) *necesse est* Leid. b; quae admodum commendare Ilbergii emendationem uidentur; in Leid. c locus

desideratur 198 *inuicti fugere uiri* Sang. *inuicti fuere uiri* Monac. Orosii 199 *et* om. Sang. Monac. *in*] *in*[*met*] Sang. *ab isdem* Sang. *ab hisdem* Monac. VII fr. IX scribe: 'in eo uersu inueni' 257 *nauem* etiam Bamb. Prisciani 265 deest in Bambergensi 276 *manum* habent Helmstad. et Lagom. 65 pro Murena 318 *hec* cum ceteris libris Bambergensis quoque 326 *Cyclopis* Bamb. X fr. I Gellii uerba sic scribenda fuerunt: 'insequenda enim scribi, inquit, debet, non insecenda, quoniam insequens significat [...] traditumque esse inseque quasi perge dicere et insequere itaque' e. q. s. et paulo post: 'de usu antiquae lectionis scripserit non inseque apud Ennium legendum'

352 de hoc uersu uide quae exposui in Quaest. Enn.

367 *omnes mortales* Bamb. p. 696, praeterea non discrepans in his tribus uersibus; alter locus deest in hoc codice

XIII fr. IV scribe: 'in XIII annali'; leuiores quasdam Hertzii discrepantias nec hic nec alibi curaui 384 *ostendat sine uiuimus* Bamb. 390 *occumbunt* et *laetum* Bamb. 393 *aspiciunt* et *perhibentur* Bambergensis quoque XVI fr. VIII scribe: 'in XVI annali' 426 cf. nunc quae in Quaest. Enn. dixi XVIII fr. IV scribe: *Mamilius* 482 *hiemps* etiam Bamb. 517 *tum* Leid. a b

Tragoediarum 156 *Cresphontem aestumaueras* Kayserus; idem in lemmate *studiosi* (sic enim, non *studiose*, monet scribendum esse) pro additamento serioris aetatis habet; in uersibus: 'nulla te indigna' e. q. s. quae subripi Ennio Kayserus non uult, u. 2 *bene collocaui* Cauchianus; *te huic locaui* coni. Kayserus u. 3 adde: *te* om. Opitz. Ibidem fr. VI sic e libris Kayserus rhetoris uerba constituit: 'uitiosum est quom quid pro eo sumitur, quod inter' e. q. s. et paulo post: 'utentem Cresphontem' 164 *pacem enim inter* Kayseri codd. primae et secundae familiae omnes

172 *qui nunc* libri Gelliani, ut uidetur Hecubae IV

corrige: 'sed ignobiles tamen et opulenti *ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων* s. f. s. n. uidentur' 254 nescio an religiosius codicum uestigiis seruatis ita emendandum sit: *nam cui q. a. i. in diem negotium* 258 *ire illuc lubet* Hertzius e libris, ut uidetur Iphigeniae XIII in Donati uerbis sub ancillae persona latentem Achillem Schopenus agnouit Medea exul I post Rhetoris uersum: 'utinam ne era' e. q. s. Kayserus: 'animo aegro, amore saeuo saucia' addi iubet 282 scribe: *incohandae; incohande* Ratisb. *incohandrum* Rhedig. 2 Kayseri 286 *Colchos* coniecit Kayserus conl. Plin. N. H. IX 54 326 corrige *certo*

Heduphagetica *he dš phagitica aūsibus scribsit innumerabilia genera piscium* Laur., unde sic corrigas: *hedyphagetica uersibus scribsit et inn. g. p. cognoḭerat* 1 *omnibus ut Clipea* 2 *aenas pera* 2 sq. *abidṁ; mitilene c̄ pecten caradrumque apud umbracie finis* 4 *brundisii sargus bonus est* 4 sq. *magnus si erit sume apriculum targenti* 6 *surrenti telopem* (nisi pro *tel.* est *ael.*) *facemas glaucum aput cumas qd* Versuum 7. 8. 9 exhibet ordinem uulgatum

7 *melanurum merulamque umbra inque* 8 *scarum praeterii Iouis pene suppmi* 10 *polipus corcire* 10 sq. *carne purpurā marriculi mures*

Epicharmus 1 *somniare me et ego* Leid. a b

Inc. lib. rel. LVIII *uero eaquae*] *uere eaq*; Leid. b *acrostichis* Leid. b. *acro*ṡ*thicis* Leid. a. *acroschicis* Vind. *acroschitis* Erl. *ex primis uersus litteris* Vind. *ex primi uersus litteris* Leid. a et (nisi quod *literis*) Erl. *exprimi uersus litteris* Leid. b *aliquid* Vind. *conectitur* Vind. Leid. a. *co//nectitur* Leid. b. *connectitur* Erl. *Q.*] *quae* Vind. Leid. a b. *que* Erl. in Leid. c locus desideratur. Denique nouum Ennii uersum et ostendit et eripuit una Ritschelius, illum qui est in detectis nuper Ciceronis de fato libelli fragmen-

tis: *quae fata deum rex nutu partitur suo;* quem nollem ego istis fallaciis esse inmixtum. Eius fraudis insolentiam inlusit ac castigauit Ritschelius in Mus. philol. IX. p. 469.

Tantum est additamentorum: itaque emitto nunc librum, ut tandem publice luculentam ac prorsus singularem, qua in hoc opere frui licuit, praestantissimorum uirorum liberalitatem cum gratissimi animi significatione dilaudem. Et illis igitur et his praesertim uiris, quibus hanc editionem amoris ac pietatis testimonium exstare uolui, si non inprobari operam meam comperiam, uberem laboris fructum rettulisse mihi uidebor.

Dabam Bonnae
mense Februario CIↃIↃCCCLIIII.

INDEX LIBRORVM

VARRONIS:

de ling. Lat. Florentinus saec. XI ab Henr. Keilio denuo conlatus

CICERONIS:

Rhet. ad Herenn. Cf. Halmii Anal. Tull. fasc. I. Monachii 1852 et Baiteri Var. Lect. Turici 1844. 45

de inuentione: Cf. Baiteri Var. Lect. Turici 1845

de oratore: Erlangensis partim saec. X, partim saec. XV exaratus. Cf. Halmii de codicibus Ciceronis programma Monacense 1850 p. 3 n. 9

Abrincensis saec. X uel XI incuntis. Cf. Halm. l. l. p. 12 n. 55

pro Murena: Salisburgensis nunc cod. Lat. Monac. 15734 saec. XV. Cf. Halm. l. l. p. 5 n. 18

Helmstadiensis saec. XV. Cf. Halm. l. l. p. 19

Lagomarsiniorum lectiones selectae. Cf. Halm. l. l. p. 19

ed. Veneta a. 1472

pro Balbo: Parisiensis, quem fontem esse ceterorum Halmius adfirmat

quaest. Academ. Vindobonensis saec. X. Cf. Halm. l. l. p. VII sq.

Erlangensis saec. XV. Cf. Halm. l. l. p. 2. n. 8

Gudianus saec. XIV. Cf. Halm. l. l. p. 7 n. 25

Leidenses duo n. 84. 86 (uid. Add.)

de finibus b. et m. Palatinus n. 1513 saec. XI. Cf. Halm. l. l. p. 16 n. 74

Palatinus n. 1525 saec. XV. Cf. Halm. l. l. p. 17 n. 77

Tuscul. disp. Gudianus saec. IX uel X. Cf. Halm. l. l. p. 7 n. 28

*) Recensui in hoc indice eos tantum modo codices, quorum siue nunc primum siue denuo accuratius factae conlationes nondum in publicam lucem prodierunt.

de nat. deorum: Vindobonensis saec. X. Cf. Halm. l. l. p. VII sq.
Erlangensis saec. XV. Cf. Halm. l. l. p. 2 n. 8
Gudianus saec. XIV. Cf. Halm. l. l. p. 7. n. 25
Palatinus n. 1519 perantiquus. Cf. Halm. l. l. p. 17 n. 76

de diuinatione: Vindobonensis saec. X. Cf. Halm. l. l. p. VII sq.
Erlangensis saec. XV. Cf. Halm. l. l. p. 2 n. 8
Leidenses tres n. 84. 86. 118 (uid. Add.)

Cato maior: Parisinus saec. IX denuo conlatus ab H. Keilio
Monacensis a saec. XII. Cf. Halm. l. l. p. 5 n. 17
Monacensis b saec. XII. Cf. Halm. l. l. p. 5 n. 13
Monacensis c saec. XIII. Cf. Halm. l. l. p. 5 n. 16
Gudianus saec. XIII a Fleckeiseno conlatus
Oehlerianus saec. XIV. Cf. Halm. l. l. p. 4

de officiis: Bambergensis a saec. X. Cf. Halm. l. l. p. 1 n. 1
Bambergensis b saec. XI. Cf. Halm. l. l. p. 1 n. 2
Oehlerianus saec. XIV. Cf. Halm. l. l. p. 4

GELLII:

N. A. I—VII: Vaticanus
Parisiensis
Rottendorfianus

N. A. VIII—XX: Regius Parisiensis
Lugdunensis, Vossianus maior Gronouii
Bernense fragmentum usque ad med. lib. XII
Petauianus Gronouii, cod. Reginae in Vatic. 1646
Vossianus minor Gronouii, Lugdunensis
Magliabecchianus Florentinus

PRISCIANI:

Regius Parisiensis
Halberstadiensis
Lugdunensis Gruterianus
Sangallensis
Bernensis
Bambergensis (uid. Add.)

APPVLEI:

Laurentianus saec. XI, quem in metam. reliquorum omnium fontem esse H. Keilius adfirmat

DIOMEDIS:

Parisiensis a saec. IX
Parisiensis b saec. IX

CHARISII:

Neapolitanus saec. VIII uel VII ab H. Keilio denuo conlatus

DONATI ARTIS:

Parisiensis Sangerm. saec. IX

MAXIMI VICTORINI:

Parisiensis Regius n. 7559 saec. X
Parisiensis Regius n. 7491 saec. X

CASSIODORI:

Parisiensis Reg. n. 7495 saec. XIII
Bernensis n. 330 saec. X

NONII:

Bambergensis

OROSII:

Sangallensis saec. IX
Monacensis saec. X

DONATI AD TERENTIVM:

Pithoeanus uterque
Parisiensis a cod. Danielis saec. XI
Parisiensis b Reg. saec. XV
Lugdunensis saec. XV
Gandauiensis
Romana 1472
Veneta Vind. Spir. s. a.
Mediolanensis 1476
Taruisina 1477

SERVII AD VERGILIVM:

Cassellanus ab H. Ilbergio inspectus

QVAESTIONES ENNIANAE

CAPVT I

Annales duodeuiginti libris compositos fuisse constat: cum olim fuerint, quibus quadragesimum ni mirum librum leuicula Festi (p. 257 M.) corruptela, quam pridem sustulit Vrsinus, probaret. Rem conficit et grammaticorum silentium, quorum nemo librum ultra duodeuigesimum citauit, et testimonium Diomedis (III p. 480 P. 442 G.): *epos Latinum primus digne scripsit is qui res Romanorum decem et octo complexus est libris, qui et annales scribuntur, quod singulorum fere annorum actus contineant, sicut publici annales quos pontifices scribaeque conficiunt uel Romani, quod Romanorum res gestas declarant.* Haud dubie Ennium, quem non dicit nomine, significauit. Sed quod poëtam singulorum fere annorum actus persecutum dicit, illud ne quem in errorem inducat animaduerti uelim non tam e carminis cognitione fluxisse, quam quo carminis indicem suo periculo explicare grammaticus temptaret. An inter maximos annales et Ennii poësim hoc tantum inter fuisse putas, quod illi pedestri et satis arido stilo exarabantur, Ennius uersus et curatiorem orationem adhibuit? Nec id me nalde mouet, quod uestigia quaedam notati anni et temporis in his fragmentis super sunt (Ann. 167. 493 sq.). Immo Ennius communi tum temporis historiae significatione annales nominauit historici generis poësim et quae a primordiis urbis res Romanas repeteret.

Per libros carmen ipse poëta distribuit: quam rem quidam a Varguntcio grammatico institutam adfirmant, bono teste ut sibi uidentur Suetonio usi, qui (de inl. gramm. c. 2) *hactenus tamen*, ait, *imitati, ut carmina parum adhuc diuulgata . . . diligentius retractarent ac legendo commentandoque etiam ceteris nota fa-*

cerent: ut C. Octauius Lampadio Naeuii Punicum bellum, quod uno uolumine et continenti scriptura expositum diuisit in septem libros: ut postea Q. Vargunteius annales Ennii, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat: ut Laelius Archelaus Vectiusque Philocomus Lucilii saturas. At a Suetonio nihil tale memorari concedet, qui uerba et sententiae nexum propius aspexerit: cuius de ea re silentium mihi adeo pro diserto esse testimonio uidetur. Verum alios duos prodire testes iubeo, qui quod ille tacendo docet aperte et ut absit dubitatio tradunt. Plinius enim haec in naturali historia (VII 101) refert: *Q. Ennius L. Caecilium Dentrem fratremque eius praecipue miratus propter eos sextum decumum adiecit annalem.* Quae memoria hausta, ut uidetur, ex uetustis alicuius grammatici commentariis difficultate quidem impedita est aliqua, quam suo loco proponam: hoc tamen adparet, ita nec Plinium nec eum, cuius ille auctoritatem sequitur, locuturos fuisse, nisi Ennium carmen per singulos libros conscripsisse pro comperto fuisset. Atque tertio ante obitum anno duodeuigesimum annalem adiecit, ipse hanc inmensae poësis quasi calcem futuram praesagiens. Ita enim alter quem prouocaui testis, Gellius (N. A. XVII 21): *Claudium et Tuditanum consules secuntur Q. Valerius et C. Mamilius, quibus natum esse Q. Ennium poëtam M. Varro in primo de poëtis libro scripsit, eumque cum septimum et sexagesimum annum haberet, duodeuigesimum annalem scripsisse idque ipsum Ennium in eodem libro dicere.* Coniecturae quidem, non librorum auctoritati, debetur illud, quod scripsi, duodeuigesimum annalem, cum libri fere in duodecimo consentiant; nec dubia emendatio respicienti, quam parum probabile sit, tribus annis qui uitae postremi erant (obiit enim septuagenarius anno ab u. c. 585) poëtam sex libros haud ita angusto ambitu composuisse.

De numero uersuum, quot singuli libri continuerint, periculosum est aliquid uelle statuere. Amplissimos fuisse libros tractandae materiae ubertas indicat: ac breuitatis studium alienum erat et a carminis genere et ut e longioribus quae super sunt fragmentis dispicitur a poëta. Verum tamen si licet in re obscura coniectura ludere, quae eam quam animo informaui car-

minis imaginem perficiat: cum unius libri mille et quingentos uel sescentos uel adeo octingentos uersus fuisse adsumam, non multum a uero numero uideor declinare. Vnde adparet, quantilla pars quanti carminis ad nos peruenerit: quoniam omnes uersus uersuumque particulae computatae uix tertiam partem unius ex duodeuiginti libris adaequent. Larga materies ei qui Merulae exemplum imitatus e Liuio, Dionysio, aliis rerum scriptoribus suo periculo explere inmensa interualla susceperit, in quibus uersiculi ut apud Vergilium illi 'rari nantes in gurgite uasto' uagantur. Sed annales Romanos spiritu, si dis placet, Enniano conscribere aliis relinquo, ipse contentus si non infeliciter et fines argumentaque librorum et mediocris uersuum partis nexum ac sensum indagare contigerit.

Fragmentorum numero reliquis facile praestat primus annalis: in quem non paucos uersus opinatione intuli siue aliorum siue mea: nec si cui paulo hic liberius usus coniectura uidear, id sine ratione factum. Nempe ex initiis potius quam e mediis et extremis carminibus grammatici depromere exempla solent: ut probabilior sit hoc nomine suspitio quae huic libro quam quae alii tribuat fragmenta.

Exordium Ennius Homerum imitatus capit ab inuocatione Musarum siue Casmenarum, quas ueteres Latini uocabant (II. III): quarum quod hic mentionem iniecit, ex more fecit poëta, qui inferre uoces peregrinas in patrium sermonem fere nisi explicitas et cum uulgaribus compositas noluit: de quo more alibi plura expromam: illud tantum modo mirum, quod uel in carminis prohoemio et in Musarum adpellatione grammaticum agit; quamquam uix aptiorem huic uersui sedem quam in prima Musarum commemoratione reperias. Earum ope, ut uidetur, clarum carmen et inmortale futurum auguratus a *φιλαυτίᾳ* scilicet non ita alienus poëta (IV) nescio quibus gradibus et quo nexu sententiae ad illud celebre somnium pergit, unde diligens Ennii sectator Vergilius colores quosdam somnii Aeneae deprompsit. Cf. Aen. II 270 sqq. et Seruius ad h. l. Ennii somnium, cuius paucula quaedam uestigia extant, quasi *τηλαυγὲς πρόσωπον* in ipso limine carminis positum fuisse aliqui testes tradunt, sed ita ut ueris

quaedam falsa de suis admisceant. Qui cum illud nouissent, Homeri animam in Ennii corpus translatam narrari, eam translationem, non inspectis ut uidetur annalibus, Persii uersum (Sat. 6, 10 sq.) *cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse Maconides, Quintus pauone ex Pythagoreo* perperam interpretati miris modis disturbarunt: quorum errores examinauit Ilbergius. Nec uero Ennio hoc unum emergens ex inferis Homeri simulacrum aperuit: qui exordiens, quod Cicero (Acad. II 27, 38) non adeo obscure indicauit, ab his uerbis: *o pietas animi*, naturam rerum dictis ut ait Lucretius (I 126) expandit. Parum enim probabile est aliud praeter annales carmen illis quos in ipsas annalium reliquias recepi Lucretii uersibus significari: qui aperte his quidem quae dicit: *qui primus amoeno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam, Per gentis Italas hominum quae clara clueret* et ad annales adlusit et hunc superstitem ex annalibus uersum expressit: *latos per populos terrasque poëmata nostra Clara cluebunt* (IV). Vt Lucretium si sequeris ad annales referas hos certe uersus a Varrone (de L. L. V 59 M.) conseruatos hexametros: *oua parire solet genus pennis condecoratum Non animam: et post inde uenit diuinitus pullis Ipsa anima* (XII): a quibus fere non distant haec Lucretiana (I 116) *an pecudes alias diuinitus insinuet se (anima)*. Ac satis intempestiue Columna uidetur mihi quidem his Lucretianis (120) *etsi praeterea tamen esse Acherusia templa Ennius aeternis exponit uersibus edens* contulisse Enniuae Andromachae uerba (VI) *Acherusia templa alta Orci, sancta, saluete infera, Pallida leti, obnubila tenebris atris, aeternis loca.* Quid enim impediebat poëtam, quo minus in annalium quoque exordio, ubi ni mirum ex Orco Homerum fingit escendere, Acherontis speciem uersibus delinearet? Quare quod Homerum naturam rerum expandisse dicit Lucretius, id de annalibus dicit: cum praesertim in promptu sint uersus quidam, non illi quidem annalium nota insigniti, sed quos cum et hexametri sint et philosophas contineant sententias, non aptius possis quam in hac parte prohoemii conlocare. Cf. Krahnerus de causis corr. relig. Rom. p. 43 et Bergkius de prooem. Emped. p. 31. Neque in eo haerendum quod parum concinne in carmine epico philosophis doctrinis locum concessisse

uideatur: quam rem ne subtilior quidem in hoc genere poëta Vergilius deuitauit, qui Aen. VI 723, quem locum Ilbergius indicauit p. 17, Anchisam descendenti ad inferos Aeneae facit promptam e natura rerum sapientiam enarrare. An tam ineptam rem Ennius egit, quod prius quam ad summam sententiam, animarum translationem, accederet, paulo supra repetens mundi originem animarumque naturam exponeret? Et annalium si non sunt uersus illi, cui tandem carmini infercias? De Epicharmo, philosophae doctrinae dicato, quoniam Epicharmi uersus, illi quidem qui ex Epicharmo adferuntur diserte, numero trochaico decurrunt, non debebat omnino cogitari: nisi is, cui fere debentur superstites ex hoc genere uersus, Varro hexametros illos ipsos quos Lucretius uidebatur annalibus tradere una cum uersibus trochaicis ex eodem, ut putant, Epicharmo rettulisset. Adposui infra, ut intelligatur quid hoc rei sit, Varronis integra uerba (de L. L. V 59 M.): *haec duo caelum et terra quod anima et corpus umidum et frigidum terra siue ouа parire solet genus pennis condecoratum, non animam, ut ait Ennius, et post inde uenit diuinitus pullis ipsa anima siue ut Zenon Citieus animalium semen ignis is qui anima ac mens. Qui caldor e caelo quod hic innumerabiles ac immortales ignes: itaque Epicharmus de mente humana dicit istic est de sole sumptus ignis id est sol est isque totus mentis est.* Etenim dirimentes a uersu suo *istic* pronomen cum Epicharmi nomine nouissimi quidem editores coniungunt, quo superiores uersus hexametros ex eiusdem poëtae Siculi ore fluxisse significetur. At hunc nihili esse testem certa uersus interpolatrici manu male attrectati emendatio ostendit: quem cum Scaliger olim in hunc modum purgasset: *istic est de sole sumptus ignis isque mentis est*, paulo probabilius Bergkius l. l. ita in pristinam speciem restituit suam: *istic est de sole sumptus isque totus mentis est.* At eidem illi de quibus sermo est uersus hexametri quibusdam expressi uidebantur ex his Graecis quos Diogenes Laërtius (III 12 p. 72 ed. Did.) seruauit Epicharmi:

Εὔμαιε, τὸ σοφόν ἐστιν οὐ καθ' ἓν μόνον,
ἀλλ' ὁπόσα περ ξῆ, πάντα καὶ γνώμιαν ἔχει.
καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τᾶν ἀλεκτορίδων γένος.
αἱ λῆς καταμαθεῖν ἀτενές, οὐ τίκτει τέκνα

ζῶντ', ἀλλ' ἐπώζει καὶ ποιεῖ ψυχὰν ἔχειν.
τὸ δὲ σοφὸν ἃ φύσις τόδ' οἶδεν ὥς ἔχει .
μόνα· πεπαίδευται γὰρ αὐταύτας ὑπό.

Qua re cum non facile alibi quam in cognomine carmine probabile sit Ennium Siculi uersus ac sententias conuertisse, huic potius carmini quam annalium prohoemio uersus illos cum ceteris iubent inferri. At tamen Ennium in eo carmine non nisi interpretem egisse Epicharmi uelim primum mihi aliis quam illis quos supra posui Graecis uersibus probari: quibus mirum est quosdam non uidisse sententiam contineri prorsus contrariam ei, quam quos inde promptos uolunt uersus Latini indicant. Nec qui Latinis Ennii uelit Graecis istis responderi habet profecto, quo maxime coniecturam tutetur. Cf. L. Schmidtius Quaest. Epich. p. 52 sq. Sed esto ut illi uolunt conuerterit Ennius Epicharmea et conuerterit etiam illam quae Graecis uerbis relicua est sententiam, inde uersus illos hexametros non consequens erit ut Epicharmo attribuas. Potuit enim Ennius, cum in annalium prohoemio et philosophiam attingeret et illum locum qui est de natura animarum, commodam Epicharmi sententiam asciscere, quam postea in Epicharmo, si quidem hoc carmen posterius est annalibus, propius Graeca secutus expressurus erat. Potuit, inquam, Ennius: immo commendant rationem quaedam quae hodie extant fragmenta. Quem enim Varro de L. L. V 60 M. laudauit hexametrum *terraque corpus Quae dedit ipsa capit neque dispendi facit hilum* (XIII), ei nisi comparem, at similem sententiam hic uersus continet eo, quem unicum Epicharmo uindicamus, numero trochaico conscriptus *térris gentéis ómnis peperit ét resumit dénuo* (Epich. IV). Nec sane, nisi qui argutiis rem agit, eidem utrumque Epicharmo ascribi perstabit. Rationum probabilitatem si sequeris, hunc posteriorem suadente et metro et sensu Epicharmo, alterum annalibus et ei quidem parti annalium, qua hoc certe uicimus, opinor, philosophe disseruisse poëtam, adpones.

Restant duo de exordio uersus, de quibus iuuat uerbo monere. Huic enim fragmento *quae caua corpore caeruleo cortina receptat* (XI) dudum in annales sed parum commendabili

sede admisso, non aptiorem occasionem, quam ut ab Homeri simulacro proferatur, dispicio. Caeruleo enim corpore cortinam dicit, ni fallor, caelum, 'circum supraque quod complexu continet terram', ut e Pacuuio Varro adfert de L. L. V 17 M. eo loco, qui plura habet quae cum Ennianis congruant sententiis. Ceterum, ut hoc nunc dicam apertius, quod ab O. Muellero, qui egregie uersum illum emendat, uitii originem parum perspectam esse significaui: non credibile est, mihi quidem, in his corruptelis *quacque in* latere *quae caua*: contra *caua* uocabulum, quo omnino careri non posse Varro ostendit, e *causa* uoce elicio (cf. Ann. 420) ac sua sede unde cesserat repono: *quacque in* autem non distant fere ab his quae sunt *quae quem*, quae est *que* uoculae dittographia. In extremo prohoemio conlocatus fuit uersus, quo Persius utitur Sat. 6, 9 (XV), quem quod editores somnio praeponunt, oscitanter Persium inspexere, qui ab experrecto poëta 'portum Lunae' laudari indicauit aperte: in quo portu Ennium illud mirabile somnium uidisse conicias. De Luna quid ueteres tradiderint, uide in O. Jahnii ad Persium commentario.

Ipsa narratio exorditur a rebus Aeneae: ad quem quae pertinent aut uideantur pertinere fragmenta hodie duodeuiginti super sunt (XVI—XXXIII). Eorum agmen ducit is, quem et olim primum fuisse narrationis opinor, uersus a Prisciano III p. 607 P. laudatus (XVI), cuius ut plana est sententia, ita non diutius in Troiae ruina commoratum poëtam ostendit. Anchises a Venere edoctus patriam iubet relinqui (XVII): ita uersus accipio, quos olim perperam intellegebant, ac fauet sententiae, quod Dionysius Halicarnassensis Antiq. Rom. I 48 p. 120 Reisk. de Sophoclis Laocoonte tradit, quantumuis ceteroquin ea tragoedia distet a memoria Ennii: *Σοφοκλῆς μὲν ὁ τραγῳδοποιὸς ἐν Λαοκόωντι δράματι μελλούσης ἁλίσκεσθαι τῆς πόλεως πεποίηκε τὸν Αἰνείαν ἀνασκευαζόμενον εἰς τὴν Ἴδην, κελευσθέντα ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ἀγχίσου κατὰ τὴν μνήμην ὧν Ἀφροδίτη ἐπέσκηψε* Habeo praeterea duo quae ad Anchisam referam fragmenta, cui exoranti instantique, ut suae auctoritati cedat Aeneas, conuenit fr. XVIII: et ex incertis non incommoda ipsi uaticinio sententia *sed sola terrarum postquam permensa parumper* (inc. sed. I): quam ne

quis cum editore Lipsiensi de Didone uel alia nescio qua muliere intellegat, *permensa* passiue est accipiendum, ut apud Tibullum III 3, 9 et alibi: nisi quis leni manu emendare *permensu'* maluit. De Aeneae itineribus, quo modo apud Ennium exornata fuerint, et fragmenta desunt nec e Vergilio certiori locus coniecturae est: quem magnam partem primi libri ad Naeuii exemplar composuisse Macrobius testatur (Sat. VI 2 p. 511 Jan.): *in principio Aeneidos tempestas describitur, et Venus apud Iouem queritur de periculis filii, et Iuppiter eam de futurorum prosperitate solatur. Hic locus totus sumptus a Naeuio est ex primo libro belli Punici.* Neque tamen, quoniam non desunt in ea narratione Vergilii quaedam ab Ennio deprompta, ab hac parte omnino usus eius poëtae alienus est. Vel hos uersus *Iuppiter hic risit tempestatesque serenae Riserunt omnes risu Iouis omnipotentis* (inc. sed. III) quid impedit, quo minus simili nexu olim apud Ennium habitos existimemus, quo paulo politiores postea Vergilius intexuit Aen. I 254 sq. *olli subridens hominum sator atque deorum Voltu, quo caelum tempestatesque serenat?* Cum praeterea e primo annali adlati diserte uersus (XIX. XX) descendentem de Olympo Venerem designare uiderentur, inde nata coniectura, non illa certa, sed tamen probabilis, et tempestatis, qua Aeneas apud Vergilium defertur, in annalibus quoque mentionem nec Veneris nullas in eo itinere partes fuisse. At potuit haec Ennii narratio multum differre ab eo, quem Vergilius secutus est, Naeuio: ut ea suspitio propter Macrobium non euertatur omnino: uelut de Didone, quae tota Naeuiana est, Ennium puto nihil tradidisse: fragmentum quidem uel testimonium, quo eam rem euincas, non extat.

Aduenit Aeneas in Italiam: designantur eius terrae situs et incolae pristinumque nomen adfertur (XXI. XXII. XXIII. cf. XXXII): quae quidem dubium est ab ipsone poëta dicantur an ab alio nescio quo quem loquentem inducat. In Aeneide I 530 Ilioneus Aeneae socius *est locus*, inquit, *Hesperiam Grai cognomine dicunt, Terra antiqua, potens armis atque ubere glebae, Oenotri coluere uiri; nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem.* De Hesperia, prisca Italiae adpellatione, quam En-

nius uidetur a Graecis mutuatus esse, uide Niebuhrium Hist. Rom. I p. 25: qui quod adu. 41 uersu illo (XXI) *perhibebunt* legi iubet, non adsentior. Saturniam autem terram ut hoc tenore adpellatam esse probabile est, ita Ennius quo eius nominis originem aperiat, per episodii occasionem fabulas expromit Saturni Titanumque certamina perstringit (XXIV. XXV. XXVI). Confidenter loquor, quamquam non plus praesto quam hanc probabiliorem rationem uideri ea qua alii hos uersus disposuerunt. Improbabile enim dico uel illud, quod Remum, cum urbis murum transiliret, Ilbergius exclamasse in hunc modum opinatur: *Iuppiter ut muro fretus magis quamde mānus ui* (XXVI). Non magis probo quod fr. XXIV. XXV Euhemero sine sacrae historiae Krahnerus de causis corr. relig. Rom. p. 10 ascribit. Cf. Bernhardy Litt. Rom. p. 366. Fidem facere uisus est Lactantius, qui diu. inst. I c. 14 ex eo libro haec narrat: *deinde Titan postquam resciuit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam, seducit secum filios suos qui Titani uocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro circumegit et custodiam his adponit* (Euh. IV). Nempe congruit cum illis fr. XXV, quod sine indice libri Nonius p. 216, 29 citauit. At ea congruentia non sufficit, ut, si nulla alia re commendatur coniectura, ei libro inseramus fragmentum. Quam multa enim Ennius potuit in annalibus uel episodiorum artificio attingere, quae plenius aut ante tractauerat aut tractaturus erat in alio libro. Ac uersus est istud fragmentum, non integre quidem seruatus, sed ita ut leni mutatione bonus hexameter exeat. Euhemerum uero, ut carmen fuerit, herois uersibus exaratum fuisse aegre euincas: illo quidem uersu qui caute, non temere, rem agere cupit non debebit inniti. Atque Ilbergius in ipsis Euhemeri reliquiis trochaeos uel trochaeorum particulas detegere uisus est: quode plura dicam infra, cum ad hunc locum erit deuentum. At illud uitupero, quod idem abusus bona ceteroquin coniectura fr. XXV, quo Euhemero ascribatur, in metrum trochaicum uiolentius detorquet et eodem numero, non heroo, quem recipit sua sponte uersiculus, fr. XXIV dimetitur: quod eo procliuius ad annales refero, cum uersus, quem cum illo et

Nonius p. 197, 8 et Charisius I p. 55 P. coniungunt (inc. sed. XXV), non possit non ex annalibus depromptus esse. Neque uero alio saepius carmine usi sunt grammatici quam annalibus, ut si de uersu hexametro agatur aut qui uideatur esse hexameter, omnium primum cogites de annalibus. Eidem episodio, conlato maxime Aeschyli Prom. 214, nescio an fr. LIX, si quidem recte a me emendatum est, conueniat: quod ibi, ubi nunc habetur, parum apte conlocari sero intellego.

Cum Albano rege Aeneas congreditur (XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI). Alba enim, ubi res, de quibus infra exponam, Iliae geruntur, apud Ennium multo ante Aeneae aduentum extructa; ut illum credibile sit confestim ad hunc regem perrexisse. Sciscitante igitur Albae rege de aduenarum origine, inde a Ioue gentis principia deducit, non aliter atque is, qui Ennio obuersabatur, Homeri Aeneas Il. Υ 215: quando his Graecis (239) *Ἀσσάρακος δὲ Κάπυν, ὁ δ' αὖ Ἀγχίσην τέκε παῖδα, Αὐτὰρ ἔμ' Ἀγχίσης* respondent fere ad uerbum Enniana *Assaraco natus Capis optimus isque pium ex se Anchisen generat* (XXIX). De ea origine cf. Philargyrus in Georg. III 35 et Seruius in Aen. VI 778, Silius Italicus XI 290 sqq. Ennium secutus est Vergilius (Aen. VIII 127 sqq.), qui Aeneam facit Euandro regi de origine generis enarrantem. Is cum Atlantem, 'aetherios umero qui sustinet orbes' (137) uel 'caeli qui sidera tollit' (141), inter gentis auctores designet atque hoc praeterea sermone Enniano utatur *accipe daque fidem*: non sine multa probabilitate et fr. XXVII de Atlante intellegas, quem in proauorum numero Aeneas laudauerit, et fr. XXX eidem Aeneae amicitiam societatemque cum rege Albano iungenti attribuas. Sed ne haec quidem, quae regnat in his rebus incertitudo, confidentius uera esse adfirmarim. Nec enim ita reiectaneum est, quod illo uersu (XXVII) Iouem significari editores statuerunt: in quam rem Merula non inepte hoc Orphei in hymnis uersu *Ζεῦ πάτερ, ὑψίδρομον, πυραύγεα κόσμον ἐλαύνων* utitur. Atque de Ioue intellexit Ennii uersum Isidorus (de nat. rer. c. 12 p. 981 Migne), quem his uerbis *qui uobis orbem stellis ardentibus refulgentem* imitari uidetur. Neque illud magni facio, quod Macrobius Sat. VI 1 p. 498

Jan. cum Ennii uersu hunc quem Vergilius et Aen. IV 482 et VI 797 de Atlante extulit *axem umero torquet stellis ardentibus aptum* composuit: ni mirum ille extremae tantum et alibi ab Ennio adhibitae locutionis *stellis fulgentibus* (siue *ardentibus*) *aptum* rationem habuit. Neque tamen quoniam Iouem tantum non oportebat ab Aenea laudari, ideo est ut hinc uersum inbeas exulare. At uero Atlantis quoque Aeneam mentionem fecisse Vergilius fidem facit: ut huc recte ascripserim Seruii (in Aen. I 741. IV 246) de Telamone, Atlantis nomine Romano, testimonium (XXVIII). Hoc enim Ennium suo more, quem supra tetigi, statim in prima Atlantis adpellatione probabile est adiecisse. Fragmento XXX quod item Aeneae uerba contineri Vergilio confisus statui, poterant illa aeque bene ab Albano rege efferri: apud Dionysium quidem Halic. Antiq. Rom. I 58 p. 149 Reisk. Latinus in hanc Ennii uersui simillimam sententiam: *πίστεις τούτων ἀξιῶ δοῦναι καὶ λαβεῖν, αἳ φυλάξουσιν ἡμῖν ἀδόλους τὰς ὁμολογίας* loquitur. Ad Aeneae non admodum breuem expositionem quae rex Albae responderit nescimus: praemitti ei responso fr. XXXI uidetur, quod tamen facile concedam etiam alibi aptam sedem nancisci potuisse, uelut illud non ineptum est, quod editores eo uersu Amulium designari noluerunt. Ad Aeneae regnum pertinet haud dubie fr. XXXII, quamquam propter *quondam* particulam cum fr. XXI. XXII conecti non debuit. Qua re cum certius quid de loco fragmenti coniectando non eruerim, in extrema de Aenea narratione adposui. Aeneae obitum tetigisse poëtam ut probabile est, ita quo fere modo eum tetigerit, e Seruii (in Aen. VI 778) testimonio discitur, qui Aeneam esse inter deos translatum perhibuit (XXXIII). Atque Aeneas, ut ex Iliae somnio (45. 48) conligitur, ante ineuntem eius calamitatem mortuus est.

Itaque deuenit disputatio ad Iliam, quam apud Ennium Aeneae gnatam fuisse non fallaci Seruii testimonio constat (in Aen. VI 778): *dicit namque* (Ennius) *Iliam fuisse filiam Aeneae: quod si est, Aeneas auus est Romuli.* De quo testimonio propter *quod si est* locutionem addubitauit Schweglerus (Hist. Rom. I p. 407), an exploratam rem Seruius prodat, ac non potius illa ex ambiguo Ennii dicto suo periculo concluserit. Non iure, si quid uideo.

Nam ut Ennius Aeneam, qui dudum ante puerorum partum obierit, non aperte Romuli auum nominarit, hoc tamen non minus constat, alterum si nerum est, Iliam fuisse Aeneae filiam: id quod Seruius nec hoc loco nec altero, quem statim adferam, in suae cuiusdam conclusionis speciem tradit, cum praesertim ea memoria non Ennium tantum sed etiam Naeuium attineat. Namque ita in Aen. I 273 *Naeuius et Ennius*, ait, *Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt*. Testimoniis fauent residua quaedam in ipsis hodie fragmentis uestigia. Iliae enim, ut ipsa narrat fr. XXXIV, per somnium pater adparet illamque suam gnatam adpellat. Quae qui plane ac simpliciter Ennium, non obscure, locutum uolent, aegre cum Merula et editore Lipsiensi de nescio quo longiore cognationis gradu intellegent. Patrem autem ibi Aeneam dici uel sine istis testimoniis inde adparet, quod 'Eurydica prognatam', cui somnium enarrat Ilia, 'germanam sororem' adloquitur. Eurydicam enim Aeneae uxorem Lesches et Cypria tradiderunt teste Pausania X 26: *Λέσχεως δὲ καὶ ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια διδόασιν Εὐρυδίκην γυναῖκα Αἰνείᾳ*. Cf. Welckerus de cyclo ep. II p. 248. Vt eadem carmina Graeca quae Eurydicae etiam Iliae originem dedisse suspicere. Iliae autem soror cum 'anus' a poëta dicatur (neque enim de diuersis cogitandum est personis), non paulo eam aetate prouectiorem Ilia fuisse necesse est. Illis autem conuenit aptissime, quod Ilia Venerem 'genetricem patris nostri' et 'cognatam' dicit (XXXVI) et ipsa 'dia nepos' adpellatur a Venere (XXXIX). Qui quidem consensus ipse iure illa Iliae, haec Veneri, non qui uulgo credebatur Aeneae, ascribi ostendit. Itaque Ennius cum Aeneam fere attigisse Romae originem fingat, nihil de condita Alba deque Albanorum regum commenticia serie narrauit: quas res notum est postea in Romanam historiam infertas esse ab eis, qui magna inter Troiae exitum et initia Romae interualla explere pro uirili parte periclitarentur.

Verum ad hunc locum non uno nomine quaestio de temporum ratione pertinet, qua Ennius sua aetate h. e. ante annum ab u. c. 585 urbem Romam circa septingentorum annorum fuisse tradidit. Cuius haec sunt a Varrone de re rust: III 1. 2 conseruata uerba ica

septingenti sunt paulo plus aut minus anni, Augusto augurio postquam inclita condita Roma est, quae cum uulgo ipsi conditae urbis narrationi subiciantur, propter nimiam ambiguitatem malui in incertis fragmentis (inc. sed. XLII) adponi. Illa igitur temporum descriptione poëta amplius saeculo a recepta Romanorum consuetudine recedit: quod ne quis ignorationi aut neglegentiae eruditi poëtae ascriberet, Niebuhrius Hist. Rom. I p. 300 et 315 duplici explicandi ratione proposita cauit. Etenim Ennium cyclicos annos h. e. qui denorum mensium essent calculo adhibuisse, quoniam septingenti cyclici fere quingentorum octoginta uulgarium numerum exaequant: aut ex 'antiqua formula Latina' trecentos triginta tres annos inter Troiae exitum et initium Romae computasse opinabatur. At illam definiendi temporis rationem Ennii aetate exoletam omnino in usum uocare non debuit. Varro quidem cum reprehenderet Ennium, non nisi de annis communibus sentiebat: neque uero aliis usum esse poëtam Censorinus de die nat. c. 19 p. 57 Jahn. testatur (inc. lib. XXXVII): *hoc tempus* (sc. annus) *quot dierum esset ad certum nondum astrologi reperire potuerunt. Philolaus annum naturalem dies habere prodidit CCCLXIII . . . . at noster Ennius CCCLXVI.* Cf. F. Ritterus Musei philol. II p. 482. Altera Niebuhrii ratio, quam simpliciorem ipse arbitratur, ut est simplicior ac probabilior uel eo, quod is trecentorum triginta trium annorum numerus huic poëtae minime peculiaris esset futurus, ita ne leniora attingam ipsa Ennii poësi euertitur: si quidem uerum est, quod supra statuimus, Romulum nepotem fuisse Aeneae nec amplius quinquaginta annis ab interitu Troiae Romae originem afuisse. Vt igitur Ennius, quo anni septingenti efficerentur, Romae urbis initia ne raro quidem uel singulari exemplo in medio saeculo nono posuerit, ne sic quidem ratus ab omni parte calculus euadit. Eratosthenes enim cum Troiam captam esse a. 1184 a. Chr. n. constituisset, illum si sequebatur Ennius, consequens est inde ab eo tempore ad poëtae aetatem non septingentos sed mille circiter annos intercessisse. Neque tamen credibile est rerum Graecarum peritissimum poëtam ab Eratosthene atque adeo iam ante Eratosthenem ab aliis consti-

tutam Troianae calamitatis aetatem ignorasse, cognitam illam et adhibitam, ut nonimus, ab Ennii aequale, Catone. Cf. Schweglerus l. l. p. 410. Quid igitur? Ne certa incertioribus regi aut euerti patiamur, Ennius putandus est nescio quibus rationibus aut quem potissimum auctoreur secutus tempore tam remouisse Troiae calamitatem quam Romae primordia promouisse.

Itaque ut redeat tandem unde deflexit oratio, Ilia per familiare huic poëtae somnii artificium calamitatem praenidet suam, quam deinceps poëta ipse narrauit: non adeo parce Ouidium si audis Trist. II 259: *sumpserit annales; (nihil est hirsutius illis:) Facta sit unde parens Ilia nempe leget* (XXXV). Iliam Vestalem fuisse Cicero de diu. I 20, 40 indicat, in quem non fuit ipsum nomen Iliae coniectando inferendum.

Post partum in Tiberim praecipitari iubetur a rege Albanorum Amulio, in quem, ut erat tralaticium per Italiam tyrannorum nomen, Ennium quoque tyranni uices contulisse Porphyrio in Hor. Carm. I 2, 18 testis est (XXXVIII). Ennio praeinerat Naeuius, si uera est, quam Niebuhrius Hist. Rom. I p. 120 probauit, Hermanni Elem. doctr. metr. p. 631 coniectura. Sed is quam nam cognationis rationem cum Aenea et Ilia habuerit, mihi obscurum, ut fuit Niebuhrio Hist. Rom. I p. 120. De quo missis aliorum commentis unam Ilbergii mei suspitionem attingam, Amulium Enniauum esse Aeneae filium coniicientis p. 26. Hoc enim Apollodorus in Euxenide (apud Festum p. 266 M.) *Aenea et Lauinia natos Mayllem, Mulum, Rhomumque atque ab Rhomo urbi tractum nomen.* Monstrosa nomina atque inaudita, e quibus ille adiuuante Plutarcho Romuli c. 2 οἱ δὲ, *Αἰμιλίαν τὴν Αἰνείου καὶ Λαβινίας, Ἄρει συγγενομένην*, subtiliter haec *Aenea et Lauinia natos Aemiliam, Amulium* e. q. s. elicuit*. Itaque e Latina (uel potius Albana) coniuge ab Aenea susceptum Amulium arbitratur. Ni mirum ubi e uulgari narratione intercalatas consulto inter Aeneam et Amulium aetates exemeris, Amulius in locum Siluii, Aeneae e Latina uxore filii, succedit. At ea ratione cum quae-

* Idem uideo Schweglerum Hist. Rom. I p. 402 coniecisse, nisi quod in Mulus delitescere Romulum probabilius illi uidetur.

dam scite expediantur, unum nescio an eo difficilius euadat. Cum enim omnino modus obscurus sit, quo Ennius Graecis de Aenea et Ilia fabulis domesticam famam, quam in relicuis sequitur, admiscuerit, tum hoc prorsus incredibile uidetur, Amulium, si quidem legitimus erat Aeneae filius, Iliam sororem ob peregrinam tantum originem infestasse.

In summo ipsius et puerorum discrimine Ilia deorum fidem implorat, in primis Veneris, 'genetricis patris' et 'cognatae' (XXXVI), et Martis ut uidetur, ac Tiberini (XXXVII). Fallitur enim Niebuhrius Hist. Rom. I p. 384, cum propter Liuii quam fingit imitationem (II 10) *tum Cocles 'Tiberine pater' inquit 'te sancte precor, haec arma et hunc militem propitio flumine accipias'* Horatii Coclitis esse haec Ennii uerba *teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto* esse opinatur, scilicet a Macrobio VI 1 p. 499 Jan. e primo annali atque ita ut absit corrupti numeri suspitio adlata. Neque uero Liuius, etiam si Ennium subinde imitatus sit, quod Niebuhrius l. l. recte sed ratione non recta adfirmat, egebat in ea re exemplo Ennii: quando, quod Seruius in Aen. VIII 72 testatur, haec consueta Romanis Tiberinum precibus aduocandi formula: *adesto Tiberine cum tuis undis*. Atque apud Vergilium l. l. Aeneas in hunc similem Enniano modum Tiberinum adorat: *tuque o Thybri tuo genitor cum flumine sancto:* quo si quis uti uolet, Ennii uersum poterit Aeneae tribuere: mihi probabilius uisum est, ita Iliam quae Tiberino nuptum datur (XLI) orare.

Venus Iliae precibus commota adparet ac nepotem de ipsius et liberorum sorte confirmat (XXXIX. XL): quo facto illa in amnem se demittit. Interim latrones ab Amulio iussi pueros exponunt (XLII).

Huic loco uindico deorum de Romae fortuna consiliantium consessum: qualem in hoc libro expositum fuisse olim intellectum est. Probabilis enim coniectura est, Horatium cum haec caneret (Carm. III 3, 16) *Quirinus Martis equis Acheronta fugit, gratum elocuta consiliantibus Iunone diuis*, Ennii memorem cecinisse. Qua coniectura licet alteram superstruere non improbabilem, si illam probaueris, Iunoni in Enniana deorum contione non adsidendi tantum sed eloquendi et perorandi partes fuisse. Vt hic

locum habuerit fr. XLVI, quamquam uereor ut in similem Horatianae sententiam apud Ennium Iuno oranerit. Infesta enim antiquitus Romanis dea iram in secundo demum bello Punico deliniuit. Cf. Seruius in Aen. I 281: *bello Punico secundo, ut ait Ennius, placata Iuno coeperit fauere Romanis* (VIII fr. XV). Quid igitur tum incipiat fauere, quae iam ante Romanis ut regni fines late proferrent concesserit? Sed Seruii illud testimonium cum conferam cum altera quae eidem debetur memoria in Aen. I 20: *in Ennio enim inducitur Iuppiter promittens Romanis excidium Carthaginis* (VIII fr. XIV), in octauo quoque annali si non plenum consessum deorum, at sermones Iouem inter et Iunonem describi coniciam. Quare dubium, an recte uersum *respondit Iuno Saturnia sancta deorum* (XLVI) in primum annalem intulerim. Sed hoc leuidense est. Illud quaeritur, cui loco maxime aptus sit iste, quem huic libro uindicamus, deorum consessus. In qua re si Horatium sequeris, non dubitabis quin ante ipsum obitum Romuli, non post mortem, ut editores noluerunt, conlocetur. Sed obstat Ouidius Met. XIV 812: *tu mihi concilio quondam praesente deorum* (*Nam memoro memorique animo pia uerba notaui*) *'Vnus erit quem tu tolles in caerula caeli' Dixisti: rata sit uerborum summa tuorum* (cf. Fast. II 485). A quo Ennium respici, ipse quo utitur uersus Ennianus ostendit. Nam Ennianum esse Ouidius quidem non dicit, sed Varro de L. L. VII 6 M. etsi non monet aperte, tamen indicat non obscure ei qui nouit morem Varronis. At tamen ex Ouidio noli conligere, ipsum deorum concilium non expandi in annalibus, sed mentionem tantum modo quasi habiti concilii fieri. Etenim diuersa ab annalibus fuit Ouidii ratio, qui cum res plurimas modo perstringere instituat, scite artificium illud effinxit. Contra Iuppiter Ennianus ipsis adsidentibus dis genitalibus haec uerba *unus erit quem tu tolles in caerula caeli templa* credendus est extulisse: cuius orationi num praemissus fuerit hic uersus: *effudit uoces proprio cum pectore sancto* (inc. sed. LXIX), quem quidem praemitti potuisse non nego, incertum. Atque illo uersu indicatur etiam, quem quaerimus, locus concilii. Cum enim non ita instantis temporis futuri indicium contineat, tum de 'uno' quod dicit, de altero,

Remo, nondum uidetur actum fuisse. Cf. Ilbergius p. 28. Superiorem autem, quam uulgo ferebant, sedem concilii anquirens, non commodiorem dispicio hac, qua ascripsi quae huc pertinere uideantur fragmenta. Quorum etsi nullum est, quod ex hoc libro adferatur diserte, tamen praeter illum de quo diximus uersum probabiliter quaedam coniectura huc relata sunt. Velut illud, quo di genitales recensentur (XLV), qualem recensum conueniebat statim in primo consessu fieri, et fr. XLIII cum Vergilii Aen. X 1 a schol. Veron. conlatum et hoc frustulum (XLIV), quo in instaurando simili deorum concilio utitur Vergilius Aen. X 5. Nimis incerte huc referuntur uel hic uersus *o genitor noster Saturnie maxime diuum* (inc. sed. II), quo editor Lipsiensis Iunonem, Ilbergius Venerem in hoc consessu deorum Iouem adloqui opinabantur. Sed quis hoc adfirmarit confidentius, quoniam Venus sine Iuno vel alius deorum multis locis ea uti adpellatione potuit? At recte haud dubie ad Enniana uersum ascribunt, quem Ennianum esse testimonio non constat, at constat accurata Homeri imitatione, cui notum est, quantum hic poeta indulserit. Ita enim in Odyssea (*α* 45 *ω* 473 cf. Il. *Θ* 31) Minerua *ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων*. Non plus praesto de eo, quem Varro de L. L. VII 7 M. item sine nomine poëtae laudauit: *contremuit templum magnum Iouis altitonantis* (inc. sed. LXX), quo adseuerauit nutu suo nescio quid Iuppiter designari uidetur conl. Vergilio Aen. X 115 *adnuit et totum nutu tremefecit Olympum*: quorum sua uterque ex Homeri claris uersibus Il. *A* 528 *ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων . . . μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον* deprompsit.

Confecto concilio, ut statim in terris adpareat uis eorum quae in Olympo Iuppiter decreuit, flumen, in quo pueri expositi erant, intra ripas refluxit (XLVIII).

Pueri seruantur: nutriuntur a lupa (XLIX): de qua re Ennianam narrationem licet hodie e Vergilio Aen. VIII 630 dispicere (L). Ficum Ruminalem quae dicitur Ennium quoque memorasse non improbabiliter concluditur e fr. LI. Lupa fugatur a pastoribus de cliuis ad campos et riuos descendentibus: hoc enim significari fr. LII suspicabar: modo recte emendauerim uersum. Cum proximo fragmento inuat de leui differentia qua-

dam Fabii Pictoris quam Dionysius Halic. Antiq. Rom. I 79 p. 203 Reisk. refert narrationem componere: *ἐγγυτέρω προσίεσαν ἀθρόοι δεδιττόμενοι βοῇ τὸ θηρίον. ἡ δὲ λύκαινα οὐ μάλα ἀγριαίνουσα τῶν ἀνθρώπων τῇ προσόδῳ, ἀλλ' ὥσπερ ἂν χειρούθης, ἀποστᾶσα τῶν βρεφῶν ἠρέμα, καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου ἀπῄει. καὶ ἦν γάρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἱερὸς χῶρος* e. q. s. Pueri a Faustulo recepti educantur inter pastores: certamina instituunt: hoc enim indicatur fr. LIV coni. Ouidio Fast. II 365 *Romulus et frater pastoralisque iuuentus Solibus et campo corpora nuda dabant. Caestibus et iaculis et misso pondere saxi Bracchia per lusus experienda dabant.* Atque haec postrema consideranti non inepte uideor conicere huc pertinere a Nonio p. 211, 8 seruatos uersiculos *tanto sublatae sunt Augmine tunc lapides* (inc. sed. LXXVIII).

Latrones praeda onustos adgrediuntur (LV): quam rem tangit, sed ita ut discrepet non nihil ab Ennio, Ouidius l. l. *pastor ab excelso 'per deuia rura iuuencos Romule, praedones, et Reme!' dixit 'agunt.' Longum erat armari. diuersis exit uterque Partibus. occursu praeda recepta Remi.* Cf. Liuius I 4.

Capitur Remus ac deducitur ad Amulium. Numitoris enim nulla puto apud Ennium mentio fuit. Verbis quae fr. LVI efficiunt Romulus de origine sua ab Faustulo edoctus Amulium uidetur adpellare, quod parum clementer Remum quem ignorare tractasset.

Eo loco quo expositi et educati erant urbem extruere fratres constituunt. Augusto augurio (inc. sed. XLII cf. Schweglerus Hist. Rom. I 440) firmant inceptum: itaque suum uterque quem ad augurium capiendum elegerant montem ascendunt. sub noctem ut consuetudo ferebat. Cf. Niebuhrius Hist. Rom. I 248 et Schweglerus l. l. p. 388. Sed Niebuhrium, cum totum diem et noctem eos expectasse augurium crederet, 'sol albus' quem Ennius u. 92 dicit fefellit. Lunam enim ita adpellari, none quidem. Merula uidit: cui sententiae conuenit ipse uersuum nexus ac narrationis progressus. Romulus de augurio Auentinum occupauit (u. 81): seorsim a uulgata memoria, quae Auentinum Remo, Romulo uindicat Palatinum: cf. Schweglerus

l. l. p. 387. Qua discrepantia adducti quidam ut Dauisius ad Cic. de diu. I 48, 107 et Wopkensius Lect. Tull. p. 262 importuna manu emendare uersus, quasi Ennium de Ennio expulsuri, adgressi sunt. Nec sane Hottingerus ad Cic. l. l. memoria in ea re lapsum esse poëtam cuiquam, opinor, persuadebit. Integritas uersuum, in quibus uel sine testimonio nihil mutandum fuit, indicio Seruii firmatur in Aen. III 46: *Romulus captato augurio hastam de Auentino monte in Palatinum iecit, quae fixa fronduit et arborem fecit:* cf. Plut. Rom. c. 20 Ouid. Met. XV 560. Hastae uim ac notionem Schweglerus l. l. p. 395 expendit. Sed Remus in quem montem augurium captum inierit, non dicitur in illis uersibus: et tamen nexum si accurate perpenderis, id memorari ante u. 82 debuisse concedes. Quo cum accederet mira quaedam in hoc uersu codicis scriptura, de lacuna cogitaui unius saltem uel duorum uersuum, quos utrum Cicero omiserit consulto an perierint librariorum incuria non dirimo. Qua re cum ad coniecturam res redeat, in Remoria probabile est Remum augurium expectasse: haec enim uera Ennii lectio u. 85 *certabant urbem Romam Remoramne uocarent:* nec in eo haerebis quod *Remoram*, non *Remoriam* dixerit poëta. Cumque Dionysius Halic. Antiq. Rom. I 85 p. 222 Reisk. de Remoria ἔστι δὲ dicat τὸ χωρίον ἐπιτήδειον ὑποδέξασθαι πόλιν, λόφος οὐ πρόσω τοῦ Τιβέριος κείμενος, ἀπέχων τῆς Ῥώμης ἀμφὶ τοὺς τριάκοντα σταδίους, et postea c. 86 p. 224 Reisk. ἦν δὲ Ῥωμύλῳ μὲν οἰωνιστήριον, ἔνθα ἠξίου τὴν ἀποικίαν ἱδρύσαι, τὸ Παλάντιον· Ῥώμῳ δὲ προεχὴς ἐκείνῳ λόφος Αὐεντῖνος καλούμενος· ὡς δέ τινες ἱστοροῦσιν, ἡ Ῥωμορία, a Dionysii partibus standum erit, quantumuis unus, si quidem Stephanus Byzant. p. 544, 3 haec Ῥεμουρία πόλις πλησίον Ῥώμης e Dionysio, ut credit Schweglerus, hausit. Remoriam ab Auentino diuersam perhibeat. Cui cum Schweglerus l. l. p. 440 fidem non habeat, parum respexisse Ennium uidetur: apud quem cum Auentinus occuparetur a Romulo, Remuria χωρίον τι τοῦ Ἀβεντίνου καρτερόν, ut ait Plutarchus Rom. c. 11, esse omnino non potuit. Cf. Niebuhrius l. l. I 248. Verum Ennii narratio aliis quoque nominibus a posteriorum memoria distat. Nihil enim tradit de Remi qualicumque augurio: nedum de fraude Romuli

exortoque inter fratres certamine. Vide Niebuhrium l. l. Schweglerum l. l. p. 388.

Itaque Romulus in Palatino urbem extruit ac muro firmat, transilientem Remum obtruncat his uerbis additis: *nec pol homo quisquam faciet impune animatus Hoc* (LVIII). Ad raptum Sabinarum qui certo referatur uersus, unus super est (LX): ex incertis huc pertinet fortasse V conl. Dionysio Halic. Antiq. Rom. II 32 p. 303 Reisk. ὡς δὲ διεβοήθη τὰ περὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν παρθένων καὶ τὰ περὶ τοὺς γάμους εἰς τὰς πλησιοχώρους πόλεις.

Ioni Feretrio post pugnam Caeninensium templum a Romulo aedificatur, uetustissimum Romae. Ea occasione ludos illos, quos Seruius in Georg. II 384 (LXI) perhibet, institutos a Romulo crediderim: pompam, qua in urbem ingressus sit, explicatius Dionysius Halic. Antiq. Rom. II 34 p. 307 Reisk. narrat, de ludis nihil. Nec si quis de Statoris templo malit cogitare, ego intercedam. Ad ipsos autem ludos praeeunte Ilbergio refero et hoc a Seruio in Aen. III 384 in pedestris magis orationis speciem, quam in uersus ac metri formam seruatum fragmentum: *confrictique oleo lentati et ad arma parati* (LXII) et *bellicrepa* (LXIII), quam uocem a Festo (uide Paulum p. 35 M.) ex Ennio depromptam esse O. Muellerus suspicatus est.

De bello cum ipsis Sabinis gesto non multum licet e fragmentorum tenuitate dispicere: in initium belli relego satis ambiguae ut sentio sedis fragmentum LXIV: adiuuant opinionem Ouidius Met. XIV 779 *Tatiusque patresque Sabini Bella gerunt, arcisque uia Tarpeia reclusa Dignam animam poena congestis exuit armis. Inde sati Curibus tacitorum more luporum Ore premunt uoces et corpora uicta sopore Inuadunt:* et Dionysius Halic. Antiq. Rom. II 38 p. 316 Reisk. μαθὼν δὲ τὴν παρασκευὴν αὐτῶν Τάτιος ὁ τῶν Σαβίνων βασιλεὺς νυκτὸς ἀναστήσας τὸν στρατὸν ἦγε διὰ τῆς χώρας. Incertius quamquam non ineptum, quod editor Lipsiensis hoc uersu *rex deinde citatus Conuellit sese* (inc. sed. VI) Romulum designari putauit, qui Iouem inprecatus magna ui in hostes incurrit. Cf. Liuius ab urbe cond. I 12 *haec precatus . . . . restitere Romani tamquam caelesti uoce iussi: ipse ad primores Romulus prouolat.* Fr. LXV Sabinas in me-

dios hostes se inferentes procline est agnoscere. Relicua h. e. fr. LXVI. LXVII. LXVIII Hersiliae uerba esse probabile et ex parte olim intellectum est. Ad rem facit haec ab A. Gellio N. A. XIII 22 tradita Cn. Gellii e tertio annali narratio: *Hersiliam, cum apud T. Tatium uerba faceret pacemque oraret, ita precatam esse 'Neria Martis te obsecro, pacem da, te, uti liceat nuptiis propriis et prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi et suis, posteros patriae pararent.'* Fr. LXVII, de quo Merula mirabilia excogitauit, Hersilia sumens de suibus exemplum Romanos Sabinosque a pugnando studet arcere (cf. A. Kochius Exerc. crit. p. 1), atque eadem Romulum et Tatium adhortari, ut concordiam inirent, uidetur fr. LXVIII. Non plura de bellis Romuli habeo quae exponam: ac parcius etiam de rebus domi gestis dicendum erit: de quibus unum Varro de L. L. V 55 M. indicauit, tribus a Romulo institutas ac denominatas Ennium tetigisse (LXX). Fr. LXIX consuetam Romanis in rebus gerendis formulam continet, cui unam certam occasionem indagare non licet. Tatius a Lauinatibus truncatur: hac opportunitate hunc a grammaticis mirum quotiens frequentatum uersum *o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti* (LXXI) elatum esse credo cum Niebuhrio Hist. Rom. I 259 et Schweglero Hist. Rom. I 516. Romulus coorta tempestate, (ut de illo dici uideatur *quem super ingens Porta tonat caeli* inc. sed. CXXX, modo fides uersus melius constaret) secundum decretum Iouis in Olympum euehitur, Martis equis: hoc enim fluxisse ex Ennio crediderim quod Horatius significat Carm. III 3, 16 (uel rectius 2, 48); et Ouidius Fast. II 496: *hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus aether. Fit fuga: rex patriis astra petebat equis.* Erepti regis desiderium populus exprimit fr. LXXII, qui uersus, quos Niebuhrius admiratur l. l. p. 260, Liuio obuersati esse uidentur, cum haec scriberet I 16: *deinde a paucis initio facto deum deo natum regem parentemque urbis Romanae saluere uniuersi Romulum iubent; pacem precibus exposcunt, uti uolens propitius suam semper sospitet progeniem.* E Proculi Iulii oratione restat fr. LXXIII. Proximum uersum (LXXIV) cui tribuerim nescio, nec multum inter est; hoc tamen inde con-

ligitur, iam Ennium de Hersilia in Horam Quirini commutata cecinisse: quam rem more suo inlustrauit Ouidius Met. XIV 829 sqq.

CAPVT II

De secundo annali pauca sunt quae egeant enarratione, cum nec multae ex hac parte nec eae fere obscuriores reliquiae super sint. Trium qui Romulum deinceps secuti sunt regum Romanorum gesta perhibentur. Ac Numam, quem aegre qui sapit in primum annalem inferciat, unum ex ipso libro adlatum fragmentum (IV) designat, in quo facile sermonem Numae agnosces, qui salubria instituta noluit aboleri post obitum. Quae instituta, sacra maxime, enumerauit Ennius, non explanauit aut colore quodam poëtico parum gratam poësi materiem distinxit: siquidem tenuit in relicuis morem, quem superstites ex hoc genere uersus (II. III) ostendunt. Quo liberalius, puto, ne nimis parce uideretur Numae memoriam tractasse, Egeriae fabulam contexuit: quamquam unus tantum et qui nix coniecturam de Ennii narratione concedit elegans uersiculus restat *olli respondit suauis sonus Egeriai* (I).

Non multa, sed tamen paulo plura de Tulli Hostilii regno ad nos peruenerunt, quorum pleraque (VI—XIII) ad trigeminorum certamina pertinent, pauca ad Fufetii dolos ac poenam (XIV. XV. XVI. XVII). Ac Fufetii nomen (V) quod horum uersuum agmen ducere iussi, potuit ille dux etiam alibi nominari, sed cum incerta sedes sit, malui plenum nomen in principio narrationis adponi. De singulorum certamine, ne pereant legiones, Merula uidit deliberari fr. VI. Horatio, ei qui uictoriam reportat, relicui septem dicati sunt singuli uersus, quorum nexum ac sensum memorabiliter editores ordinando disturbauerunt. Et VII quidem fragmento Horatius uidetur curam, num unus aduersariis tribus compar esset futurus, significare. Fuga, quam simulat, omnem spem Romanorum euertit (VIII). Romanas enim 'speres' poëta 'nostras' dixit usu Latino: ac sententia, quae desiderata uulgo interpunctione obscurabatur, potuit uel *euertens* uel simili participio continuari. Deinde uni Curiatiorum minitanti occurrit (IX) seque fratrum utroque prostrato (X) solum rem

Romanam sustentaturum gloriatur. Sorori, quae Horatium reducem de sponso occiso dictis corripit, nescio an haec uerba *replet te laetificum gau* (inc. sed. VII) conueniant. Apertius respondentem Horatium produnt fr. XI. XII, quorum altero sponsum qui non recusarit certamen suo arbitrio cecidisse, altero sibi talia dicta in tam splendida uictoria toleranda non esse edit. Capitis damnatur Horatius ac grauis inter patrem et iudices oritur de supplicio uictoris contentio; siquidem eam contentionem arguit fr. XIII. Sequitur fraus Fufetii et crudelis interitus: ac fr. XIV Tulli uerba exhibet, qui Fufetium interimi quam omnes eius 'legiones ac populares' perire maiult. Supplicium ipsum editores uiderunt fr. XV. XVI describi, incertis quidem, sed quae nere haud dubie in hunc librum olim reposita sunt. Ceterum hinc colores quosdam duxisse Vergilium puto (eo loco, ubi et alia Enniana latere supra monuimus ad I fr. L) Aen. VIII 642 *haud procul inde citae Mettum in diuersa quadrigae Distulerant — at tu dictis, Albane, maneres!—, raptabatque uiri mendacis uiscera Tullus Per siluam, et sparsi rorabant sanguine uepres.* Restat e Tulli regno Albae excidium: cuius rei fragmina licet ex eiusdem Vergilii imitatione Aen. II 486 (XVII) expiscari. Ennium enim, quem non nominat, significat Seruius in Aen. l. l. *de Albano excidio translatus est locus.* Eundem respicit fortasse in Aen. II 313 *plerumque enim ad tubam euertuntur ciuitates: sicut Albam Tullus Hostilius iussit euerti.* Quamquam nimis incertum est, inc. sed. fragm. VIII huius tubae *terribilem sonitum* significari.

Ancus Marcius quod nunc nomine dicitur fr. XVIII Ilbergii emendationi debetur. Atque hoc licet probabilitate coniecturae nitatur, Anci res in hoc libro tractatas fuisse, fr. XX quo condita ac munita Ostia urbs memoratur, ostendit. Cui narrationi addas laceri uersus particulam *i caerula prata* (XIX) et ex incertis *et Tiberis flumen uomit in mare salsum* (inc. sed. IX).

Tertius annalis trium qui postremi sunt regum Romanorum res gestas et regni ruinam comprehendit. Quod etsi ipsis fragmentis non cogitur, exigit tamen narratio aequabiliter in singulos libros distributa. Illud dubium, liberae rei publicae ortus ad huncine librum an ad proximum pertineat. De Tarquinio licet quaedam

quasi diluculo e fragmentis dispicere, uelut aduentum eius Romam et omen in itinere obuiam factum (I. II), regnum post Anci obitum a populo in illum delatum (III. IV): denique mortui regis funera (VIII. IX). Atque omen quidem Liuius uidetur non sine Ennii quadam imitatione narrare I 34 *ad Ianiculum forte uentum erat: ibi ei carpento sedenti cum uxore aquila suspensis demissa leniter alis pilleum aufert, superque carpentum cum magno clangore uolitans rursus uelut ministerio diuinitus missa capiti apte reponit: inde sublimis abit.* In quibus adeo uersus quosdam Clericus ad Liuii l. l. odoratus est, sic fere reciperandos: *Iouis ales Caelo suspensis demissa est leniter alis: Aufert ille apicem uolitans, apteque reponit. Inde sublimis abit.* Ad hoc autem prodigium fr. I *olim de caelo lucuum dedit inclytus signum* refertur probabilius, opinor, quam cum editoribus ad Seruii Tullii uisa: nec obstat *olim* particula, quam in uim ac notionem *tum* uoculae usurparunt Plautus Mil. glor. 2 al. et Horatius Sat. II 3, 60. Nec tamen Ilbergio adsentior, qui Plauti Persae u. 251 *Ioui opulento incluto* confisus ab Ennio quoque hoc loco *inclytum Iouem* dici opinabatur. Ego cum haec Petronii Halosis Troiae u. 176 *haec ubi personuit, de caelo Delphicus ales Omina laeta dedit populique meatibus auras* confero, uersum illum malo de ipso alite efferri. De *bono Anco* (fr. III) cf. Niebuhrius Hist. Rom. I 392 sq. Tarquinius occisus lauatur ab uxore (VIII), quam *bonam feminam* dicit poëta, ut Cicero Phil. III 6 *tua coniux bona femina*. Cf. Beckeri Gall. I 276. Funus Tarquinii effertur ad faces et candelas, siquidem hoc significat uersus *prodiuunt famuli, tum candida lumina lucent* (IX), in quo *lucent* actiue esse accipiendum, monuit Columna conl. Plauti Cas. I 30 et Curcul. I 1, 9. De eo funerum genere uide ueterum testimonia in O. Jahnii ad Persii Sat. III 103 commentario. De tribus, quae praeterea ad Tarquinium ascripsi fragmentis, ipse uideo rem esse satis ambiguam: quae licebat, ut incerta eius libri, segregare a reliquis: nunc Tarquinio ascribo, cum non incommode ad Tarquinium referantur et commodius paulo quam ad Seruium Tullium, de quo alia quam res bellicas poëta, ni fallor, exposuit. Cf. Niebuhrius Hist. Rom. I 406. Et fr. V quidem nescio an uici-

nae Latinorum gentes dicantur, quas illi contra Tarquinium bellaturi ascinerant: conl. Dionysio Halic. Antiq. Rom. III 51 p. 550 Reisk. *Λατῖνοι . . . ἐψηφίσαντο τήν τε οἰκείαν δύναμιν ἐξ ἁπάσης πόλεως ἐξάγειν, καὶ τῶν πλησιοχώρων ἐθνῶν τὰ κράτιστα παρακαλεῖν.*

Etruriam Romanis plene subactam cecinit poëta, ut e fr. VI coniigitur. Quod quidem non Romani ducis uerba continet: immo ita Etruscorum princeps milites suos propter imminentem Etruriae ruinam adhortari uidetur. At hoc Etruscorum bellum Ennius Tarquinione an Seruio Tullio ascripserit, obscurum. Liuius quidem Tarquinium cum Etruscis contendisse non tradit: Dionysius autem Halic. III 59 p. 565 Reisk. Etruscos complures annos contra Tarquinium bellum gessisse narrat, ac tandem grauissimo proelio ad urbem Eretum infeliciter commisso in ditionem Romanorum se tradidisse. Hanc memoriam, in qua cum Dionysio consentiunt Florus I 5, 5 et Orosius II, 4 (cf. Schweglerus Hist. Rom. I 671), si Ennius secutus sit, hoc proelium aptam uideatur illi uersui occasionem dare. Verum idem Dionysius IV 27 p. 707 Reisk. longinqua, quae Seruius Tullius contra Etruscos gesserit, bella enarrat: Liuius I 42 unum Seruii 'cum Veientibus aliisque Etruscis' bellum leniter memorat, e quo 'fuso ingenti hostium exercitu' uictor ac rex Romam redierit. Tertium denique fragmentum (VII) non in unius pugnae narrationem quadrare apertum est.

De Seruio Tullio restant omnino duo uersiculi, quorum alter (X) et integritatem et certiorem sedem Martini Hertzii emendationi debet, altero (XI) Dianae templum Seruio auctore a Latinis una cum Romanis Romae factum significari mihi uidetur, ut uidebatur Ilbergio, conl. maxime Liuio I 45 *aucta ciuitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi et ad belli et ad pacis usus, ne semper armis opes acquirerentur, consilio augere imperium conatus est, simul et aliquod addere urbi decus . . . saepe iterando eadem perpulit tandem, ut Romae fanum Dianae populi Latini cum populo Romano facerent.*

Reliqui uersus ex ultimi regis narratione deprompti sunt: ac gubernator (sine auriga) fr. XII nescio an ille designetur,

qui Seruii cadauer in uia prostratum adhortante Tullia transuehere non abhorruit. Cf. Liuius I 48. Ouidius Fast. VI 605 *corpus ut aspexit, lacrimis auriga profusis Restitit. hunc tali corripit illa sono: 'Vadis, an expectas pretium pietatis amarum? Duc, inquam, inuitas ipsa per ora rotas!' Certa fides facti.* Fr. XIII. quod heroi uersus formam Ilbergio acceptam refert, probabiliter ille ad Tarquinii res refert. Qui cum somnio eo, quod e Bruto Accii Cicero de diu. I 22, 44 (Ribbeckii Trag. Lat. rel. p. 238) tradidit, perterritus esset, coniectoribus qui ut apud Accium illi (Ribb. l. l. p. 239) uisum in malam partem interpretati essent potuit in hanc sententiam *aliquot somnia uera esse, at omnia non esse necesse* respondere: nisi Tullium uel alium nescio quem Tarquinium angore percussum hoc dicto consolatum esse mauis. Sequitur calamitas Lucretiae: hoc quem Charisius II p. 181 P. tradit uersiculo *tibi uita Seu mors in mundo est* (inc. sed. XI), Sextus Tarquinius adloqui Lucretiam uidetur, conl. Liuio I 58 *'tace Lucretia' inquit: 'Sex. Tarquinius sum: ferrum in manu est; moriere si emiseris uocem'.* Eodem refero fr. XIV et XV: ac Lares quidem percommode Lucretia dicitur. domi attemptata, implorare eandemque deos de innocentia antestantem *in caelum stellis fulgentibus aptum suspexisse* crediderim. Vnde consequens est, ut eorum uersuum ordo inuertatur.

Quarti annalis qui notam praeferat unus hodie extat a Macrobio Sat. VI 1 p. 199 Jan. traditus uersiculus: *Romani scalis summa nituntur opum ui* (V): e quo tantum abest ut de argumento libri coniecturam capere liceat, ut ne de tenore quidem cui ille accommodatus sit quicquam adfirmarim confidentius. Liuio ascito qui IV 59 de Auxuris urbis expugnatione *ad quem tumultum* inquit *obstupefacti qui aduersus Fabium urbem infimam tuebantur locum dedere scalas admouendi: plenaque hostium cuncta erant*, uide num in enarrata eius urbis obsessione Enniana sedem uersiculus nanciscatur: ut ante fr. III de quo infra dicam conlocandus sit. At in quanam urbis alicuius oppugnatione tali uersu uti Ennius non potuit? Ne fines quidem huius annalis certius poni possunt: ab initiis rei publicae cum exorsum esse, rerum narrandarum progressu exigitur. Ac primum in hunc librum bel-

lum Porsenae incidit. Horatium Coclitem enim, non qui uulgo credebatur e trigeminis unum, hic uersus *hic occasus datust: at Oratius inclutus saltu* (I) designat. Qua enim ratione ille Horatius saltu inclutus dicatur, quod epitheton mirum quam bene Cocliti conueniat? Atque haec ratio penes me praeualet Festi testimonio, qui e II. non cui uindico e IV adfert fragmentum. Numeri emendatione egebat etiam quod II ascripsi. E II enim annali traditur fragmentum, quod Ilbergius uidit Mucii Scaeuolae uerba, a matre semet non spretum iri confidentis, continere. Anxur Volscorum urbem expugnatam Liuius IV 59 perhibuit (*oppidum uetere fortuna opulentum tres exercitus diripuere*): quam rem Ennium tetigisse potius quam explicatius narrasse crediderim: quamquam e frustulo *Vulsculus perdidit Anxur* (III) nihil conligitur. Ceterum Liuius eandem urbem etiam posteriore obsidione uexatam tradit: cf. V 8. 12. 13. In idem fere tempus (Anxur enim a. u. c. 349 expugnatum est) solis defectus cadit, quem Ennium in annalibus notasse Cicero de re publica I 16, 25 testatur (IV). Cf. Niebuhrium Hist. Rom. I 279, qui subtiliter, quapropter *lunam* et *noctem* obstitisse s o l i Ennius dicat, explicuit, quamquam ne nunc quidem mihi incredibile est ad *nox* nocem aliud uerbum fuisse proximo uersu adiectum, omissum a Cicerone, qui satis habebat finem uersus adferre. Illud autem ineptum, quod Osannus ad Cic. l. l. anni et dici notas poëtam non in ipsos uersus inmiscuisse sed margini, quo progredientem paulatim narrationem semper notata tempora comitarentur, adpinxisse opinatus est. Annum quidem quem Cicero notauit CCCL non ex Ennio, cuius temporum descriptio a uulgari, quam Cicero sequitur, longe, ut uidimus, distabat, sed e maximis annalibus hausit. Ennius quo modo annum illius solis defectus significarit, nescitur: quod autem semel accurate diem annumque descripsit, inde noli quicquam de constantia in ea re quadam conligere, quam mihi quidem, quod supra tetigi, nullam fuisse persuasum est. Denique huic libro uindico bellum Gallicum: quod bellum quo fragmento significari uolui (VI) illud a Macrobio Sat. I 4 p. 26 Jan. e septimo annali citatur. Ac firmare Merula bonum testimonium fraude sua studuit: quam Hu-

gius excussit. Sed is quod nimium confisus Macrobio in VII annali uersus adposuit, non laudo. Nam ut poëta in eo libro praeter Punicum bellum etiam Gallicos tumultus, de quibus Polybius narrat II 23 sqq., tetigerit, tamen quam in illo bello Galli obtinuerint arcem ego nullam inuenio. Qua re lenem emendationem numeri adhibeo et e VII in IIII translatis uersibus Romae arcem a Gallis a. u. c. 365 occupatam significari statuo. Nec obstat admodum, quod Ennius seorsim a Liuio aliorumque memoria uigiles ab ascendentibus Capitolium Gallis cruentari tradit. Nempe hoc leue est, atque alias graniores a ceteris Ennii differentias alibi tetigimus. Denique fragmenta incerta dum de hoc libro excutio, duo obtigerunt (inc. sed. XIII et XIV), quae ad hanc Romae obsessionem reuocentur; quorum illud editor Lipsiensis sensit hac occasione apte potuisse efferri, quarto decimo autem Ilbergius uoluit Camillum patrem designari; non inepte: quamquam lubricum est iudicium de uersu, quem ego multum abest ut iam perpurgatum habeam.

Septem uersuum, qui nunc quintum annalem conficiunt, quattuor adferuntur e quinto, sed ei ita comparati, ut aegre de eius libri argumento coniecturam patiantur. At hoc rerum ordine aequabiliter progrediente suadetur, eum librum maxime in Samniticis bellis uersatum fuisse. Vnde certior sedes huic uersui contingit, de Samnitibus, ut Acro in Hor. Ep. II 2, 97 monet, elato *bellum aequis manibus nox intempesta diremit* (II). Quae res inlustratur a Liuio (VII 33), ibi ubi de primo bello Samnitico dicit *itaque Romani, cum et fluere iam lassitudine uires sentirent et diei haud multum super esse, accensi ira concitant se in hostem. tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam apparuit: tum capi, occidi Samnis: nec super fuissent multi, ni nox uictoriam magis quam proelium diremisset.* Sed ne sic quidem satis confidenter suum huic uersui locum adsigno: non minus enim ei rei conuenit altera eiusdem Liuii de tertio bello Samnitium narratio (X 12): *pugnatum maiore parte diei magna utrimque caede: nox incertis, qua data uictoria esset, interuenit.* Rebus Samniticis inseri etiam primum huius libri fragmentum uidetur. Quo ego, fauente sententiae Liuio VII 10, T. Manlium

agnoscere uidebar, ut Ilbergius agnouit, cum qui in prouocantem superbius Gallum inuadit: quamquam non nescio alterum, cui hunc uersum accommodes, certamen singulare in promptu esse, illud, quo Torquati filium cum equite Tusculano congressum esse Liuius VIII 7 perhibuit: *mouet ferocem animum iuuenis seu ira seu detrectandi certaminis pudor, seu inexsuperabilis uis fati: oblitus itaque imperii patrii consulumque edicti praeceps ad id certamen agitur.* Quod si praetuleris, primi et secundi uersum ordo inuertatur necesse est. Illi quam ego secutus sum sententiae sin astipularis, ex incertis huc addere fragmentum licebit (inc. sed. XV): quo detruncatum ab Manlio Galli caput depingatur. De eo certamine Claudii Quadrigarii narratio, quam multis nominibus Niebuhrius Hist. Rom. III 88 Liuiana inferiorem iudicat, per Gellii industriam (IX 13) ad nos permanauit. Claudius igitur haec ibi: *ubi eum cuertit, caput praecidit, torquem detraxit eamque sanguinulentum sibi in collum imponit.* Ad eundem rerum tenorem, licet nexum non certius definiam, pertinet, ni fallor, hoc quoque frustulum *aquast aspersa Latinis* (III). Quod Ilbergius inlustrari Liuii narratione quae est sub initium libri octaui opinabatur. Samnites enim, postquam primo cum Romanis debellatum est, a Latinis Campanisque sollicitantur: de eo legati Samnitium Romae conquesti sunt: anceps a Romanis responsum datum: quod 'Campanos metu abalienauit, Latinos uelut nihil iam non concedentibus Romanis ferociores fecit' (VIII 3). Hoc enim significare putat poëtam, cum aquam aspersam esse Latinis dicat, eos superbiores euasisse. Verum is sensus differt non nihil ab eiusdem locutionis usu Plautino, quem e Baech. u. 247 cognoscas. A quo quod Kochius Exerc. crit. p. 12 distare dictum Ennianum arbitratur, opinio eum fefellit. Ergo haec est uersiculi sententia. Latinis trepidantibus ac timidis redditum esse nescio quo casu animum. Cum Plautino enim *aspersisti aquam* conuenit, quod perapte contulit Erasmus Adag. p. 572, Terentii *redduisti animum:* cf. Plauti Truc. II 4, 15. Cuius quidem sententiae in illo ferocissimo Latinorum bello occasio deesse non potuit. Non ita multo post Campanis ciuitas datur, quod Liuius narrat VIII 14: *Campanis equitum honoris*

causa, quia cum Latinis rebellare nolnissent ... ciuitas sine suffragio data. Sed inde ne nimis certo hanc fragmento IV sedem adsignes, prohibent haec Liuii e libro XXIII 31 uerba *et de trecentis equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide stipendiis emeritis Romam uenerant, latum ad populum, ut ciues Romani essent* (a. u. c. 537). ' Verum ne fides quidem probatur mihi uersus, quem pro spondiaci exemplo proclini opera Censorinus fragm. c. 14 p. 93 Jahn. effingere potuit: ut Diomedes effinxit p. 494. 495 P. Nec uero relicuos ex hoc genere uersus, quos nemo testatus est Ennii esse, ad hunc poëtam confidenter ascribo; praeter unum (I fr. XXXI), quem ad suum auctorem Atilius Fortunatianus p. 2691 P. (340 G.) rettulit. Sed illi Censorini, quod ad Ennianos admissus est, fauet non nihil, quod Vergilii Lucretiique uersibus tertius adiectus est. De fragmento V reicio nunc Ilbergii et meum, quam olim probaui, coniecturam. Romanos significari in furculis Caudinis sub iugo exeuntes. Nec enim placent 'lacrimantes' milites Romani, placerent maerentes, obmutescentes: lacrimantes uidentur mulieres potius liberique expugnatae nescio cuius urbis nominari: displicent etiam 'miserantes' illa occasione Samnites, quos Liuius IX 6 prodit a miseratione longius afuisse. Denique incertus haereo de duobus, qui restant, uersiculis VI et VII: quorum ille de oppugnatione oppidi effertur: quamquam quod oppidum dicam prae aliis nescio. Sic potest, quoniam de Samnuticis bellis in hoc libro agitur, ad Luceriae expugnationem, quam Liuius VIII 13 narrauit, pertinere. Septimo Merula flumen Lirim et urbem, quam percurrat, Minturnas significari censebat. Ac de Liri, cuius in hoc libro multiplex esse commemoratio potuit (cf. Niebuhrius in scholis academicis de geographia antiqua p. 153), non inepte cogitauit, de quo Horatius Carm. I 31, 7 *Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis.* Cf. Niebuhrius l. l. p. 340 et 450.

CAPVT III

In his quattuor libris, de quibus cap. II egimus, per amplos hiatus ac lacunas quasi incerto uestigio erranimus. Sexti annalis

narrationem per fila quaedam retexere atque poëtae nim et ingenium sentire simunt fragmenta. Ergo ex mea, quam Merula praeiuit, dispositione huic libro Pyrrhum licebit inscribere. Pyrrho enim, nec nero aliis rebus praeter Pyrrhum hic liber dicatus est: licet uersum, qui ipsum Pyrrhi nomen, uel Burri more Enniano, exhibet (V), e quinto Nonius p. 226, 30 laudauerit, nec diligens ipse grammaticus, nec a librariis tractatus diligenter. Cuius tamen auctoritate nisus Niebuhrius in scholis acad. de historia Romana (I 23) quintum annalem, non sextum, Pyrrho ascribit: at Niebuhrii annalium dispositio uniuersa uereor ut dedita opera instituta omnium fragmentorum consideratione nitatur. A qua cur in aliis libris discesserim, alibi dicam: in Pyrrho quod Niebuhrium non sequor, cum testis, quem Nonii testimonio oppono, Festus me moneat, qui p. 169 M. fr. IV, quod cum illo perquam probabiliter Merula coniunxit, e VI annali citauit: tum firmat rationem, quod etiam relicua, quae quidem adferuntur e sexto, fere sua sponte se huic argumento accommodant. Porro quidquid de quarto quintoque libro statuetur, in quibus ego non uereor ut disponendo multum a nero deflexerim, a septimo bella Punica incohari satis certa, quae infra explicabo, indicia monstrant.

Exorsum esse librum ab eo quem primum posui uersu, Cicero apud Quintilianum VI 3, 86, licet editores non uiderint, non obscure prodiderat. Vnde colorem duxit is, a quo Lucretius quintum de natura rerum incepit, *quis potis est dignum polleuti pectore carmen Condere?* Cf. etiam Ausonius Mos. 298 *quis potis innumeros cultusque habitusque retexens Pandere tectonicas per singula praedia formas?* Ergo huic libro peculiare quoddam prohoemium non defuit, ut praeter primum septimo, decimo ac, nisi me fallit coniectura, etiam sexto decimo et duodeuicesimo. Sed his libris dum uindico exordium, ceteris non abiudico: nisi quod iudicium, quo adiuuem suspitionem, nullum inuenio. E consessu quodam deorum residuum uidetur fr. II: qualem consessum difficile est diuinare, cui maxime parti poëta admiscuerit. Sic potuit uel in media pugna aliqua deorum auxilium, quo alterutri parti felicius uerteret certamen, ascisci. In re incerta ad principium libri uersum ascripsi, quem admodum Homerus

non numquam in ipsis librorum initiis deorum contionem expandit. Cf. Il. *A* 1 sqq. Θ 1 sqq. Meo periculo fr. III in hunc librum intuli: quo Postumium agnoscere uidebar, qui legatus ad Tarentinos missus, cum ludibrio ab illis habitus obsceneque insultatus esset, atra maleque ominata ('obscena' quae dicit poëta: cf. Forcellinus s. u.) uerba profatus est *γελᾶτε ἕως ἔξεστιν ὑμῖν, ἄνδρες Ταραντῖνοι, γελᾶτε· πολὺν γὰρ τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον κλαύσετε ... καὶ ἵνα γε μᾶλλον ἀγανακτήσητε, καὶ τοῦθ' ὑμῖν λέγομεν, ὅτι πολλῷ τὴν ἐσθῆτα ταύτην αἵματι ἐκπλυνεῖτε.* Dionysius Halic. Exc. XVII 8. Cf. Zonaras VIII 2 p. 106 ed. Bonn. Indicto bello Tarentini 'Graium hominem, regem, nomine Burrum' arcessunt (IV. V): qui 'cum imperium orbis agitaret et Romanos potentes uideret'. Apollinem de incepto suo consuluit. Eius auctoritate ancipiti et ambigua inprudenter fretus (VII. VIII) 'cum totis uiribus Epiri Thessaliae Macedoniae incognitisque in id tempus elephantis' in Italiam aduenit. Cf. Florus Epit. I 13 p. 22 Jahn. Ac Pyrrhi elephantos eo uersiculo quem de elephantis elatum Seruius in Aen. IV 404 testatur *it nigrum campis agmen* (inc. sed. XVII) dici conicias. Pyrrhus autem cum iuuentutem Tarentinam insolentem antea militiae ad arma cogeret eamque inuidiam 'satellitum quorundam regiorum intemperies' augeret, inde Tarentinorum ciuium taedia ac querellae occultiores ortae: *ἀπεῖπε δ' αὐτοῖς καὶ πρὸς συμπόσια καὶ κώμους ἀθροίζεσθαι, καὶ τοὺς νεωτέρους ἐν τοῖς ὅπλοις ἀσκεῖσθαι ἐκέλευεν ἢ διημερεύειν κατὰ τὴν ἀγοράν. ὡς δέ τινες ἀχθόμενοι τούτοις ὑπεχώρησαν, φρουροὺς ἐκ τῶν οἰκείων κατέστησεν, ὥστε μηδένα ἐξιέναι τῆς πόλεως. οἱ δὲ τούτοις τε καὶ τῇ χορηγίᾳ τῶν τροφῶν βαρυνόμενοι ... μετεγίνωσκον δεσπότου καὶ οὐχὶ συμμάχου τοῦ Πύρρου πειρώμενοι.* Zonaras VIII 2 p. 109 ed. Bonn. Cf. Plutarchus Pyrrhi c. 16 et Appianus Exc. Samnit. Huc igitur refero fr. VI, quod posterius septimo octauoque ponere debebam. Romae interea, quod conditio rei exigebat, adparatus, ut Florus Epit. I 13 p. 22 Jahn. ait, horribilis: de quo paulo plura Orosius IV 1 tradit: *bellum ingens exortum est* (Tarentinum dicit). *Romanos qui quantique hostes circumstreperent permetientes ultima adegit necessitas proletarios quoque in arma cogere,*

hoc est eos qui in urbe semper sufficiendae prolis causa uacabant militiae ascribere. Cum Orosio conuenit Augustini de ciu. dei III 17 narratio, qui ubi res quae bello Tarentino proxime antecedebant perstrinxit, *tum uero* inquit *tam multa bella ubique crebruerunt, ut inopia militum proletarii illi, qui eo quod proli gignendae uacabant ob egestatem militare non ualentes hoc nomen acceperant, militiae conscriberentur: accitus etiam a Tarentinis Pyrrhus rex Graeciae tunc ingenti gloria celebratus Romanorum hostis effectus est.* Nec tamen, cum Orosius sua ab Augustino mutuatus uideatur, multum ei consensui tribuo: Augustinus uero fere non dubito quin in ea re auctoritatem Liuii sequatur: ad quem magnam partem eorum quae ibi narrat Augustinus redire e Liuii XI et XII periochis conligitur. Quam ob rem si alia non accederent, sufficeret haec Augustini memoria, ut eos quibus proletarios in praesidium urbis armatos narratur uersus Ennianos (IX) in hoc loco reponeremus, quo eos rettulisse iam Freinshemius Supplem. Liu. II c. 22 uidetur. Verum succurrit tertium de proletariis ad militiam uocatis Cassii Heminae testimonium apud Nonium p. 67, 22 *Cassius Emina annali lib. II: tunc Marcus praeco primum proletarios armauit.* Insidentem uerbis labeculam infeliciter *Marius primum consul* emendando Freinshemius ad Flor. III 1, 13 temptauit. Maculam abstersit leni manu Lipsius Ant. lect. IV 17. V 22 in hunc modum: *Marcius praetor:* illud praetermisit, quem Marcium uellet intellegi. Ipse dum circumspicio, ad quem ea pertineat memoria, incido in Q. Marcium Philippum, qui a. u. c. 472 cum L. Aemilio Barbula consul fuit. Quorum hic 'qui iam in Samnium ad exercitum profectus fuerat', ubi Romae bellum cum Tarentinis decretum est, in agro Tarentino castra ponere iubetur. Cf. Dionysius Halic. Exc. XVII 10. Zonaras VIII 2 p. 106 ed. Bonn. *Igni ferroque,* Orosius inquit, *uastat omnia, plurima expugnat oppida:* ac similiter Zonaras l. l. *τὴν χώραν αὐτῶν ἐλεηλάτει καὶ ἔφθειρεν. οἱ δὲ ἐπεξῆλθον μέν, ἀλλ' ἐτράπησαν, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους τήν τε χώραν αὐτῶν ἀδεῶς πορθῆσαι καί τινα χειρώσασθαι φρούρια.* Quare uide an ad Aemilium possit uersus *deque totondit agros laetos atque oppida cepit* (inc. sed. XXXVII) pertinere: quam-

quam, quod infra dicam, etiam alia eius uersus sedes in promptu est. Paulo confidentius, quoniam ex hoc annali citatur, ad idem belli Tarentini quasi prohoemium fr. X reuoco, ut in subitis quales Aemilius fecit praedationibus locum nanciscatur suum. Sed ibi dum Aemilius uersatur, Marcius rebus, ad quas missus erat, Etruscorum nondum peractis Romam redit accitus ut uidetur a senatu, qui 'expectatione Pyrrhi sollicitus praesidia undique conquirebat' (cf. Freinshemii Supplem. Liu. II 21): triumphat de Etruscis (a. u. c. 472 K. April.), ac deinceps urbis custodiam moderatur, primum consul, quando nondum praeterierat annus consularis, postea (a. u. c. 473) praetor: ut non seorsum a nostra sententia Cassius Hemina a praetore Marcio conscriptos proletarios tradiderit*). Fauet sententiae quod Zonaras VIII 3 p. 110 ed. Bonn. misso contra Tarentinos Laeuino partem copiarum in urbe relictam commemorat; eam haud dubie, quam Marcius praetor regebat: de Rufino dictatore Niebuhrius cogitat III 579 nescio quo iure. Consules certe qui Marcio Aemilioque successerunt, uterque in castra profecti erant: Laeuinus, uti dixi, contra Tarentinos, Ti. Coruncanius in desertam ab Marcio Etruriae prouinciam: unde et ipse post pugnae Heracleensis infelicem exitum ad praesidium urbis reuocatur. Cf. Zonaras VIII 4 p. 114 ed. Bonn. Post pugnam Heracleensem Pyrrhus 'interemptos cremauit captiuosque indulgenter habuit et sine pretio restituit, missisque legatis in urbem omni modo adnisus est ut facto foedere in amicitiam reciperetur.' Ex hac Flori (Epit. I 13 p. 24 Jahn.) narratione proximorum fragmentorum (XI—XVII) nexum progressumque licet animo informare. Ac fr. XI Columna multa, de qua infra delibaui quaedam, doctrina inlustrauit: quo pertinerent uersus nec ipse nec Merula aut editor Lipsiensis persensit: de classe enim sub initium belli Punici a

*) Hinc adparet secundi annalis Heminae fines aliquanto longius proferendos esse quam a Schweglero factum uideo Hist. Rom. I 87. Nec inprobabile uidetur Heminam primo annali urbium Italicarum origines tractasse, secundo omnes res inde a Romae primordiis usque ad exitum belli Tarentini comprehendisse, tertio quartoque bella Punica enarrasse.

Romanis extructa cogitant: qua re Merula, qui a septimo, non ut Columna a sexto, ea bella incipere statuit, mutato numero in eum librum transtulit fragmentum. Quo quid Ennius exornarit, potuit cum is quem ipse secutus est Homerus, tum relicui qui simile uersuum ornamentum adhibuerunt poëtae posteriores docere. Itaque Homerus ait, ibi ubi in funere Patrocli uersatur (Il. Ψ 114) *οἱ δ' ἴσαν ὑλοτόμους πελέκεας ἐν χερσὶν ἔχοντες Σειράς τ' εὐπλέκτους· πρὸ δ' ἄρ' οὐρῆες κίον αὐτῶν· Πολλὰ δ' ἄναντα κάταντα πάραντά τε δόχμιά τ' ἦλθον. Ἀλλ' ὅτε δὴ κνημοὺς προσέβαν πολυπίδακος Ἴδης, Αὐτὰρ ἄρα δρῦς ὑψικόμους ταναήκεϊ χαλκῷ Τάμνον ἐπειγόμενοι· ταὶ δὲ μεγάλα κτυπέουσαι Πῖπτον κτλ.* Quo artificio bis usus est Vergilius, et de sepultura Miseni Aen. VI 179, quem locum cum Ennianis uersibus Macrobius Sat. VI 2 p. 513 Jan. composuit, et de rogo Pallantis (Aen. XI 134): *per siluas Teucri mixtique impune Latini Errauere ingis. ferro sonat alta bipenni Fraxinus: euertunt actas ad sidera pinus, Robora nec cuneis et olentem scindere cedrum. Nec plaustris cessant uectare gementibus ornos.* Neque ab ea forma principum poëtarum usu quasi sancita aut Silius X 529 de Aemilii Pauli (*sparsoque propinquos Agmine prosternunt lucos, sonat acta bipenni Frondosis silua alta ingis* e. q. s.) aut Statius Thebaide VI 90 de Archemori funere (*sternitur extemplo ueteres incidua ferro Silua comas* e. q. s.) deflexit. Itaque noli dubitare, quin Ennii quoque uersus illi ad rogum in eo proelio caesorum pertineant, quos Pyrrhus tam suos quam Romanos concremari iussit. Cf. Florus l. l. *interemptos cremauit* et Eutropius II 6 *caesos sepeliuit.* Niebuhrius Hist. Rom. III 559. Post eam pugnam Pyrrhus memorabilem quam Orosius IV 1 conseruauit inscriptionem (XII) in templo Iouis Tarentini adfixit. Dein legati, inter quos Fabricius, de redimendis captiuis ad Pyrrhum mittuntur: redditi sine pretio (XIII) 'redinunt in patriam', ut ait Ennius (inc. sed. XVIII): quamquam de eius sede uersiculi nihil adfirmo confidentius. Liberatos autem sine pretio captiuos Liuius quoque, cuius narratio e periocha XIII, e Floro (I 13 p. 24 Jahn.) Eutropio (II 7) Aurelio Victore (de uir. inl. 35) hauritur, et Dionem secutus Zonaras VIII 4 p. 116 ed. Bonn. perhibuerunt. Contra Dionysius, si-

quidem ab eius auctoritate Appianus Exc. Samn. X et Plutarchus Pyrrhi c. 20 pendent, ita tradit, non redemptos esse captiuos, sed ad Saturnalia tantum celebranda cum legatis Romam redisse eo pacto, ut nisi interea pax a Romanis constitueretur in Pyrrhi castra reuerterentur. Cf. Niebuhrius Hist. Rom. III 586. Sed idem Dionysius (Exc. XVIII 7) et qui illum secuntur Appianus Exc. Samn. et Plutarchus, id quod cum illa re cohaeret artissime, post inritam demum Cineae legationem Fabricium de redimendis captiuis missum esse commemorant. Non item Ennius, si quid de Ennio licet e Liuii memoria conligere: quem cum periocha XIII tum Eutropius (II 12) persuadent Cineae legationem altera Fabricii posteriorem exhibuisse. Nec denegata iam a Romanis pace Pyrrhum credibile est dimisisse sine pretio captiuos: contra illud etiam repudiatis Cineae conditionibus prudenti consilio egit, quod captiuis cum redeundi necessitate ni interea pax fieret Romam proficisci permisit. Qua re cum eam redeundi conditionem ab Ennio alienam esse et ex ipsis uersibus (XIII) adpareat, et indicetur ab eo cui luculentum fragmentum debemus, Cicerone (de off. I 12, 38: cf. Niebuhrius Hist. Rom. III 586): inde consequens est, ut apud Ennium ei rei inritam Cineae legationem non antecessisse arbitremur. Liberatis igitur captiuis Pyrrhus Cineam oratorem, quo de nide quae egregie Niebuhrius Hist. Rom. III 562 exponit, Romam misit de pace. Romanos, cum iam in eo essent ut ratas haberent conditiones Pyrrhi, ab eo consilio Appii Claudii oratio reuocauit: e qua oratione, cuius speciem e Niebuhriano exemplo (Hist. Rom. III 571 sqq.) animo concipias, duo restant frustula Enniana (XIV. XV): quorum alterum (XIV) in sua Appii oratione reddidit Niebuhrius. Qua re sine pace redit orator (Cineas haud dubie) et regi rem refert (XVI): in cuius mentem adprime conuenire mihi uisus est uersus: *ast animo superant* e. q. s. (XVII). Ni mirum Romanos ait Cineas primi proelii calamitatem spernere animoque superantes ad experiendam porro belli fortunam propensiores quam ad pangendam pacem esse. Cui Pyrrhi Cineaeque conloquio licet fortasse etiam hunc uersum *qui uincit non est uictor nisi uictus fatetur* (inc. sed. XXXV) adcommodare, siue hoc

Pyrrhus dicit siue Cineas, uictoriam scilicet Heracleensem non fuisse uictoriam, quoniam Romani se uictos non faterentur.

Asculi pugnam unum significat indicium de Decio, ut mihi uisum est, nepote, qui apud Ennium patris auique exemplo dis manibus se deuouerit. Quam rem notum est a nullo scriptore memorari praeter Ciceronem (Tusc. I 37, 89. de fin. b. et m. II 19, 61: cf. Freinshemii Supplem. Liuii III 42): quem Niebuhrius Hist. Rom. III 592 perquam probabiliter eam memoriam ex Ennii annalibus hausisse arbitratur. Vt nihil obstet quo minus has preces quas fr. XVIII refert Decii esse existimemus.

Restant tria fragmenta (XIX. XX. XXI), quae fere non dubito quin e rebus ad Beneuentum gestis deprompta sint. Ita enim Plutarchus de Pyrrho ad castra Romana proficiscente c. 25: *σπεύδων οὖν ὁ Πύρρος ἐπιθέσθαι τούτοις, πρὶν ἐκείνους ἐπελθεῖν, ἄνδρας τε τοὺς κρατίστους καὶ τῶν θηρίων τὰ μαχιμώτατα λαβὼν νυκτος ὥρμησεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. περιϊόντι δὲ αὐτῷ μακρὰν καὶ δασεῖαν ὕλαις ὁδὸν οὐκ ἀντέσχε τὰ φῶτα καὶ πλάναι τοῖς στρατιώταις συνέτυχον· καὶ περὶ ταῦτα γινομένης διατριβῆς ἥ τε νὺξ ἐπέλιπε καὶ καταφανὴς ἦν ἅμ' ἡμέρᾳ τοῖς πολεμίοις ἐπερχόμενος ἀπὸ τῶν ἄκρων, ὥστε θόρυβον πολὺν καὶ κίνησιν παρασχεῖν.* Cf. Niebuhrius Hist. Rom. III 608. Ei Plutarchi narrationi non habeo quod ad commendandam illorum uersuum conlocationem aut sensum eorum aperiendum adiciam. In extremo libro illam a Cicerone de re publica III 3, 6 traditam M' Curii laudem egregiam adposui, non inprobabiliter opinor, si rerum in extremo maxime bello a Curio gestarum et ubertatem et granditatem respicias. Extulerit igitur illum uersum Ennius uel in enarrando triumphi eius quo 'non pulchrior ullus aut speciosior in urbem intrauit' (Florus Epit. I 13 p. 25 Jahn.) splendore ac magnificentia. Ac dum uirorum qui hoc bello claruerunt tam domi praestantiam quam militiae uirtutem aduerto: uel Fabricii memineris, 'qui difficilius ab itinere iusti et honesti quam a cursu suo sol auerti potuit' et eius *quem nemo ferro nec auro superare potuit* aliorumque: 'illorum temporum speciem amplexus animo uidetur poëta, cum *moribus uirisque antiquis rem Romanam stetisse*

(inc. sed. XLI) praedicaret'. Freinshemius Supplem. Liuii III 28: cf. 45.

CAPVT IV

Res Punicas Ennius tribus libris, nisi me fallit opinio, absoluit, quorum unum in primo, duos octauum et nonum in secundo bello impendit. Neque enim primum bellum praeteriit omnino, ut non potuit apte tam amplam tantaeque grauitatis materiam praeterire praesertim in carmine perpetuo, quale annales fuisse uel nomen indicio est. Potuit in hoc bello compendiosius uersari, ut exponeret res grauiores, leuiores aut omitteret aut quantum nexui rerum seruiebat perstringeret: quoniam in eo argumento non ita multo ante operosius Naeuius elaborarat. Nam Ciceronem non puto tantum re praestare quantum uerbo dicit, cum Ennium Naeuii causa 'omnia bella persequentem primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisse' memorat Bruti 19, 76. Cuius uerbis qui obtemperarit accurate neminem noui praeter Niebuhrium in scholis academicis de historia Romana I 21, et obtemperari eis uetant adeo quaedam quae hodie super sunt fragmenta. Non dico eum uersum quo sine libri ac poëtae indicio Cicero de inu. I 19, 27 utitur: *Appius indixit Karthaginiensibus bellum* (IV), qui quidem si Ennii est non potest non ad primum bellum Punicum pertinere. Cf. Zonaras VIII 8 p. 132 ed. Bonn. Polybius I 12 et praesertim Liuius XXXI 1. Nec nimis obdurescam aut in fr. VI, quod etsi ex octauo Ennii adfertur a Nonio p. 151, 25, mihi uixdum dubium est quin a Merula recte in hunc librum translatum sit: aut in fr. V Hugii beneficio, cum a Macrobio Sat. VI 1 p. 500 Jan. e sexto citetur, huic annali restituto. Quod ille firmare potuit uel hoc Polybii loco I 19, 2: ἀναλαβὼν (Hannonem dicit) *τά τε θηρία περὶ πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντα καὶ τὴν λοιπὴν δύναμιν ἅπασαν προῆγε κατὰ σπουδὴν ἐκ τῆς Ἡρακλείας· παραγγείλας τοῖς Νομαδικοῖς ἱππεῦσι προπορεύεσθαι καὶ συνεγγίσασι τῷ χάρακι τῶν ἐναντίων ἐρεθίζειν καὶ πειρᾶσθαι τοὺς ἱππεῖς αὐτῶν ἐκκαλεῖσθαι· κἄπειτα πάλιν ἐκκλίνασιν ἀποχωρεῖν, ἕως ἂν αὐτῷ συμμίξωσι.* Quo nisus ego ad initium belli rettuli uersum, quem

propter multiplicem in hoc bello Numidarum equitum usum (cf. Liu. XXI 29. 45) non nego etiam in alia parte eius libri haberi potuisse. Mitto nunc etiam fr. IX, quo infra reuertar. Quae certissimo indicio Ennium illud bellum nec praeterisse omnino nec nimis parce tractasse ostendunt, haec duo sunt e septimo annali adlata fragmenta (VII. VIII): quibus ut apertum est ita neminem editorum fugit naues regendi exercitia, qualia fere in limine belli rudes huius artis Romani instituerunt, depingi. Rem et confirmat et inlustrat Polybius I 21 in. *οἱ δὲ τὰ πληρώματα συναθροίσαντες ἐδίδασκον ἐν τῇ γῇ κωπηλατεῖν τὸν τρόπον τοῦτον· καθίσαντες ἐπὶ τῶν εἰρεσιῶν ἐν τῇ χέρσῳ τοὺς ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἔχοντας τάξιν ταῖς ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν πλοίων καθέδραις, μέσον δ᾽ ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστήν, ἅμα πάντας ἀναπίπτειν ἐφ᾽ αὑτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας καὶ πάλιν προνεύειν ἐξωθοῦντας ταύτας συνείθιζον, ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν τῶν κινήσεων πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα.* Qua re quod supra tetigi noli dubitare duobus istis tertium adicere id quod illis praeposui fr. VI. Quin ex hac Ennii narratione Vergilius colores quosdam in suam aliquam naumachiam desumpsit, siquidem Seruius Ennii memor, ut puto, Aen. V 114 haec adnotauit: *Punico bello primum naumachiam ad exercitium instituere Romani coeperunt: postquam probarunt exteras gentes etiam nauali certamine plurimum posse: ad quam rem in hoc certamine adludit poëta.* Haec igitur indicia cum Ennium primum bellum Punicum non omnino praetermisisse persuadeant, tamen, ne Cicero nihil dixisse uideatur, illud tenendum est huius belli narrationem cum ab aliis rebus tum praesertim a secundo bello Punico multum breuitate discrepasse. Neque hoc ita improbabile est. Etenim aliquam libri partem tribuit prohoemio, in quo non parce egisse ipsius poëtae quam alibi notaui *φιλαυτία* arguit. Ni mirum hoc agit, ut obtrectans Naeuii poësi, quam ab rudi Faunorum cantu fere non distare praedicat, sua merita laudibus extollat. Cf. 221—226: in quibus quod editores haec quae sunt *ante hunc* Ennium non de se sed de Naeuio efferre opinati sunt, Ciceronem Brut. 18, 71 nescio quam incogitanter inspexerunt. Gloriatur autem Ennius et iure gloriatur, quod primus heroos uersus quos *longos* (utrum hoc nexu an alibi non dirimo, inc.

lib. XXVI) uocabat arti adhibuit. Nam Naeuium non attigisse hexametros constat hodie non omnibus, sed plerisque: de qua re quam nunc non persequor quidquid iudicabitur, eos qui tamquam Naeuiani laudantur hexametros ea aetate longe politiores esse persuasum habeo. Ab illis autem uersibus, inter quos Ciceronem non multa omisisse existimo, non magno internallo dispestum fuisse fr. II uidetur: quo eam 'dicti' peritiam sibi non per somnium sed labore ac studio contigisse profitetur. A quibus paulo longius aberat tertium e prohoemio superstes fragmentum, quo Ennius se ab obtrectandi libidine uidetur reuocare. Sed hos de sua Naeuiique poësi sensus Columna ac Merula poëtam in ipso limine carminis deprompsisse noluerunt: ac potuit eam rem Ennius iam in primi annalis exordio attingere. Nunc, quod Cicero subindicat, ea ibi exposuit, ubi rationem reddebat, cur in primo bello Punico aliquantum a more suo narrandi deflexisset (*scripsere alii rem* e. q. s. fr. I): qua opportunitate cum Naeuii carmen memoraret, iudicium de eo poëta adiecit. Qua re suo iure editor Lipsiensis relictis auctoris sui uestigiis in septimo uersus reposuit. Porro dum res ipsas hoc bello gestas breuiter perstringit, occasiones quasdam inlustriores quibus latius oratio uagaretur captauit. Ita uersibus quos Gellii N. A. XII 4 industria seruauit (X) speciem uiri nescio cuius qui Seruilii amicitia fruebatur cum studio adumbrauit. Theodorus Hugius quidem inprobabile ducit, Ennium in tam compendiosa huius belli narratione mediae pugnae alicuius descriptioni eam copiose explicatam morum delineationem inmiscuisse. At hic poëta cum longius abesset ab ea artis subtilitate, quae maxime in aequabilitate partium conspicitur, tum hoc consulto instituit, ut ceteris quae Naeuius occupauerat summatim tractatis in deuerticulis quibusdam diutius uersaretur. Qua re ne illud quidem tam mirabile est quam Hugio uidebatur, quod splendidius a Seruilio gestum nihil ad nostram memoriam peruenit. Etenim duos fuisse Seruilios geminos Cicero tradit (quaest. acad. II 18, 56. 26, 84), Publium alterum, qui cum C. Aurelio Cotta bis consul fuit a. u. c. 501 et 505, alterum Quintum. Quorum de hoc nihil comperi praeter nomen: ille utroque consulatu in Sicilia

res gessit non insigniores, sed quae Ennio ansam suae narrationis praebere possent. Cf. Zonaras VIII 14 p. 152. VIII 16 p. 159 ed. Bonn. Atque infra exemplo ostendam Ennium etiam alibi ubere exposuisse de rebus, quarum nos nalde exilem notitiam accepimus. Sed eam ob tenuitatem memoriae Hugius arbitrabatur Ennium non de illo Seruilio quem dixi sed de iuniore loqui, eo qui in pugna Cannensi fortiter pugnasse communique clade occidisse traditur. Cf. Liuius XXII 45. 49. Quod etsi fieri potuisse non nego, persto tamen, quoniam recedere nil cogit, in memoria Gellii qui XII 4 e septimo, non cui ille uindicat octauo annali fragmentum citauit: quamquam eorum occasionem uersuum certius definire per ea quae de Seruiliis perhibentur non licet.

Ad hoc bellum ascribo praeterea fr. IX, de quo nescio an e Gellii uerbis XVIII 5 *hos cum primum uersus perperam pronuntiantem audiuimus: denique ... proiciunt sese; neque multis postea uersibus additis celebrantibus cum laudantibusque omnibus discessit*, conligi debeat, non longe illud a fine libri afuisse: quem librum inde adparet non inter inferiores fuisse qui ad publicam recitationem deligeretur. Poterat autem uersus ille, siquidem bellum Punicum primum ad extremum librum pertinuit, uel in Xanthippi pugna locum habere conl. Polybio I 34 *ἅμα δὲ τῷ τὸν Ξάνθιππον τοῖς μὲν ἐπὶ τῶν θηρίων παραγγεῖλαι προάγειν καὶ διασπᾶν τὰς τῶν ὑπεναντίων τάξεις, τοῖς δ' ἱππεῦσιν, ἐφ' ἑκατέρου τοῦ κέρατος κυκλοῦν καὶ προσβάλλειν τοῖς πολεμίοις κτλ.* Cf. Columna p. 72.

Verum si cui ne ea quidem quam exposui ratione materia sufficere uideatur, qua totus liber ceteris mensura non dispar expleatur, poterit ille in hunc librum initium quidem rerum Hannibalis relegare. Cui rei infra adparebit proximi libri reliquias non obstare: nam quod ibi primum posui *Poeni stipendia pendunt* incerti nominis est. Contra commendari ea ratio leui septimi libri uestigio uidetur: quos enim poëta fr. XIII 'habiles gladios filo gracilento' dicit, ei nescio an Hispanorum sint, de quorum armatura Liuius VII 10: *Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam*, et XXII 46: *Gallis Hispanisque scuta eiusdem formae fere erant, dispares ac dissimiles gladii, Gallis praelongi ac sine mucronibus, Hispano punctim magis quam caesim adsueto pe-*

tere hostem, breuitate habiles et cum mucronibus. Ergo in hoc libro Ennius Hannibalis res quas in Hispania gessit usque ad transitum Alpium cecinerit. Nam quod Hugius huic annali bella quae primum et secundum Punicum intercessere, Illyricum Gallicumque ascribi noluit, mihi parum probabile est poëtam rerum Punicarum decursum interrupisse, qui quidem gesta Philippi pertractatis demum illis bellis uno tenore deducenda incohauit: *insece Musa manu Romanorum inluperator Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo* (X fr. I). Praeterea uersus quibus Hugius tumultus Gallicos significari statuit, nos ad quartum annalem relegauimus (fr. VI); alter autem, quo Illyrii nominantur (inc. sed. XLIV), praeter necessitatem ad ipsum bellum Illyriorum refertur, qui cum alibi tum in bello Macedonico haberi potuit coul. Liuio XXXI 34. 35. 40.

Restant aliquot et plures quidem quam ipse uellem citati ex hoc libro uersus, quos cum in certa sede conlocare non possem, a ceteris segregaui. De quorum primis duobus *mulserat huc nauem compulsam fluctibus pontus* (XI) et *alter nare cupit: alter pugnare paratust* (XII) hoc procline est intellegere posse eos ad huius belli certamina naualia pertinere, apertius significare occasionem non licet. Quibus possunt ex incertis non nulli eiusdem generis uersus adiungi: *isdem campus habet textrinum nauibus longis* (inc. sed. XIX), *et melior nauis quam quae stlataria portat* (XX), *ingenti uadit cursu qua redditus termo est* (XXI), siquidem hunc poëta de naui extulit, et *hortatore bono prius quam finibus termo* (XXII). Hortatorem enim Ennius dicit eum qui 'in mari remiges hortatur' (Plauti Mercat. 696), quem Graeci κελευστὴν adpellabant. Etiam incertior res est de his: *dum clauum rectum teneam nauemque gubernem* (XXIII) et: *haud temere est quod tu tristi cum corde gubernas* (XXIV). Quorum hoc propter ambiguam gubernandi notionem non necessario ad rem naualem refertur. Illius autem sententiam nec editores superiores nec Hugius perspexerunt. Adhaerescentes enim Isidori testimonio qui (Orig. XIX 2) totum uersum ita citauit *at clauum* e. q. s. hanc esse de exercitiis Romanorum naualibus depromptam particulam arbitrabantur. At ueram uersus speciem seruauit haud

dubie Quintilianus (II 17, 24), qui omisso quidem poëtae nomine haec tantum *dum clauum rectum teneam* adfert, sed ita ut quo fere nexu is uersus apud Ennium habitus fuerit significet: *Nam et gubernator* inquit *uult salua naue in portum peruenire: si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud: dum clauum rectum teneam.* Qua re uide an hi duo uersus, quibus tertium forsitan addas *fortis Romani, quamquam caelus profundus* (inc. sed. XXV) fragmina e naufragii cuiusdam, uel illius quod ad oram Siculam factum Polybius I 37 perhibet, descriptione resideant. Ibi enim gubernator propter imminentem quam praeuidebat tempestatem nauigationem dissuaserat: sed a duce Romano cuius sunt fortasse illa uerba quae fr. XXV continet non audiebatur. Sed haec in coniectura posita sunt. Quin hos uersus omnes, quibus editor Lipsiensis suam cuique sedem, ut ipsi uisum est certissimam, adsignauit, mihi, quoniam in Antiochico quoque bello (cf. XIV fr. I—IV) res mari et nauibus gesta est, ne hoc quidem euinci posse uidetur omnino in Punico bello locum habuisse.

Porro fr. XVI et XVII: *fortibus est fortuna data* et *non semper uostra cuortet: nunc Iuppiter hac stat* mihi uisa sunt in ducis alicuius cohortatione ad perterritos milites habita olim cohaesisse. Hugius quidem propensior est ad credendum et fr. XVII et hoc: *heu quianam dictis nostris sententia flexa est* (XVIII) e deorum quodam consessu deprompta esse, scilicet Vergilio confisus, qui Aen. X 6 ab Ennio colorem mutuatus in deorum consessu *quianam* ait *sententia uobis Versa retro?* Qua re Hugius Ennio uult *uostris dictis* restitui, in eum sensum ut est apud Vergilium *uobis*. Sed hoc cum ualde dubitem num recte dicatur *dictis uostris* (i. e. *uobis*) *sententia flexa est*, tum in Ennii carmine restaurando caute Vergilium sequi praestat. Quamquam editoribus nolim equidem astipulari, eum uersum Reguli esse opinantibus, quo ille Romanos de tormentis quae ipsum in Africam reducem manerent panescentes compellauerit. Altero autem, quod Ennius dicit, *nunc Iuppiter hac stat*, apud Vergilium Aen. XII 565 Aeneas cui genetrix receus animum iniecerat, socios cohortaturus utitur.

Fr. XIX *solporeas posuit spiramina Naris ad undas*, cuius sensum editores non indagarunt. Hugius nescio quem dici censebat, qui ad Naris undas mortem obierit: hoc enim illud esse quod poëta dicat *spiramina posuit*: quamquam eius locutionis exemplum non repperi praeter hoc quod Valerius Maximus VII 8. 8 dicit *spiritum posuit*. De Narnia colonia quam a. u. c. 453 in bello Samnitico tertio deductam esse Liuius X 10 narrat, cogitari nequit, nisi quis pro VII reponere IIII uelit. Cf. Martialis epigr. VII 93 *Narnia sulphureo quam gurgite candidus amnis Circuit*. De Nare fluuio uide Vergilium Aen. VII 517 et Seruium in h. l.

Duo quae postremo loco posui: *russescunt frondes* (XX), quod frustulum hariolando possis hac ex incertis particula *terrai frugiferai* (inc. sed. XXX) in integrum hexametrum supplere, et *longique cupressi Stant rectis foliis et amaro corpore buxum* (XXI) ne olim quidem longius seiuncta fuisse uidentur. In quorum consortium addere ex incertis fortasse etiam haec licet: *populea frus* (inc. sed. XCVIII) et *cum soles tandem faciunt longiscere longe* (inc. sed. XXXI).

Denique uerbulo moneam adhuc duobus ex incertis posse fortasse in hoc libro locum concedi: dico fr. XXVII *labitur uncta carina per aequora cana celocis* et fr. XXIX *Brundusium pulcro praecinctum praepete portust*. Propter celocem enim commemoratam (de celoce uide etiam Gellium X 25 et Suidam s. u. κέλης) cum Ennii uersu, quam incerte ipse uideo, composui a Charisio II p. 183 P. e Coelii historiarum primo traditam memoriam: *Sempronius Lilybaeo celocem in Africam mittit uisere locum ubi exercitum exponat*. De re cf. Polybium I 39. De Brundusio autem uersum non ita improbabile est ibi poëtam extulisse ubi coloniam exeunte bello Punico primo (cf. Liuii XIX periocha) eo deductam tangeret.

Octauum annalem poëta in rebus Hannibalis impendit, siue hoc bellum incohauit hoc libro, siue belli quasi prohoemium in Hispania actum iam in septimo exposuit. Cf. p. LVIII. Atque in limine huius libri uersus posui eos quibus poëta detestabiles belli calamitates non sine uigore depinxit (II. III):

quorum fragmentorum cum illud incerti nominis sit, sententiae concinnitas suasit, ut alteri in unius enuntiati complexum praefigeretur. Sed hi uersus cum Vergilio obuersati uideantur, apud quem (Aen. X 11) Iuppiter *aduenit* inquit *iustum pugnae, ne arcessite, tempus, Cum fera Carthago Romanis arcibus olim Exitium magnum atque Alpes immittet apertas. Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit*, inde coniciebam eos ipsi Hannibalis Italiae ingressui praemissos fuisse. Cui quidem transitui haud scio an hic uersus conueniat *uiresque ualentes Contudit crudelis hiemps* (inc. sed. XXXII).

Pugna ad Trasumenum nescio an hoc frustulo significetur *Poeni suos soliti dis sacrificare puellos* (IV): cum enim Hannibal ad hoc proelium se adcingeret, adsunt Carthagine missi qui ducis gnatum dis sacrificandum poscerent. Rettulit eam rem Silius IV 765 *ecce autem patres aderant Carthagine missi* (*Causa uiae non parua uiris*) *nec laeta ferebant. Mos fuit in populis, quos condidit aduena Dido. Poscere caede deos ueniam, ac flagrantibus aris* (*Infandum dictu!*) *paruos inponere natos .... Cui fato sortique deum de more petebat Hannibalis prolem discors antiquitus Hanno.* Quae si ab Ennio ut puto non afuerunt, credibile est hac occasione morem illum Poenorum puellos dis sacrificandi memoratum fuisse.

Ceterarum reliquiarum pars maxima (inde a VI usque ad XIX) ad cladem Cannensem, in qua Ennium probabile est non parce uersatum esse, pertinuit. Post tres clades Romani rursus belli periculum temptaturi socios, inter quos Marsi, Paeligni, Vestini (VI), undique arcessunt. Hac enim opportunitate hos populos, qui saepius coniuncti apud scriptores occurrunt (cf. Niebuhrius Hist. Rom. I 112), etiam Silius, quem maxime in hac parte narrationis sequor, commemorauit VIII 497 *at Marsica pubes* — — *coniungitur acer Paelignus gelidoque rapit Sulmone cohortes* (512) — — *haud ullo leuior bellis Vestina iuuentus Agmina densauit* (517). Adueniunt copiae (VII). Varronem ad proelium feruida temeritate prorumpentem Paulus studet arcere: quis enim in his *praecox pugna est* (VIII) et *certare abnuo: metuo legionibus labem* (IX) non agnoscat Pauli laudabilem curam ac cautionem?

Cf. Liuius XXII 44 *ille* (Paulus) *si quid proiectis ac proditis ad inconsultam atque improuidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpae exsortem omnis cuentus participem fore diceret.* Vbi iam in eo est ut manus conserant, Hannibal cohortatur milites: praemia promittens Pōenis, externis ciuitatem (X). Sequor enim in ea re eundem Silium IX 209: *qui uero externo socius mihi sanguine Byrsae Signa moues, dextram Ausonia si cuede cruentam Attolles, hinc iam ciuis Carthaginis esto*, cum Liuius similia promissa perhibeat Hannibalem cum ad Ticinum pugnam pararet edidisse (XXI 45); *Hannibal . . . uocatis ad contionem certa praemia pronuntiat . . . qui sociorum ciues Carthaginienses fieri uellent, potestatem facturum.*

Depingitur ipsius certaminis labor (XI. XII. XIII). Nolui haec fragmenta diiungi: quamquam eius modi uersus in nulla pugna locum habere non possunt: ut unus uel alter eorum ad relicua quae hoc libro narrabantur proelia pertineat: quin adeo nullum fortasse huic cladi recte ascriptum sit. Sed uide eiusdem cladis apud Silium IX 311 sqq. descriptionem.

In medio pugnae ardore, cum iam uictoria ad Poenos uergeret, poëta deorum consessum expandit: Iuno satiata tandem calamitate inuisorum ipsi Romanorum se fautricem eis in posterum fore profitetur: ac Iuppiter, exoratus fortasse a Venere, promittit Romanis excidium Carthaginis (XIV. XV). Cf. p. XXXIII et Silium IX 535 sqq.

Victoriae nuntium Mago Carthaginem adfert, quo laetissima quaeque in curia de Hannibalis uictoriis pronuntiante (cf. Liuius XXIII 12) Hanno sententiam rogatus non desisse ait paenitere se belli, quod quidem tam integrum habeant quam eo die quo Hannibal in Italiam transgressus sit (Liuius l. l. 12. 13). Quodsi Ennius quoque aliquem Hannonem in suos annales intulerat, in eius mentem uidentur percommode quadrare haec: *qui uincit non est uictor nisi uictus fatetur* (inc. sed. XXXV sed cf. p. LIII) et *dum quidem unus homo Romanus toga superescit* (inc. sed XXXVI).

Quae cladem Cannensem proxime secuta sunt, ea Ennius non seorsim a Liuio uidetur narrasse. XXII 50: *binis in castris cum multitudo semiermis sine ducibus esset, nuntium qui in maioribus*

erant mittunt, dum proelio, deinde ex lactitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine Canusium abituros esse — — P. Sempronius Tuditanus tribunus militum 'capi ergo mauultis' inquit 'ab auarissimo et crudelissimo hoste — — sed antequam opprimit lux maioraque hostium agmina obsaepiunt iter, per hos qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis erumpamus' — — haec ubi dicta dedit, stringit gladium cum eoque facto per medios uadit hostis. Hinc licet horum uersuum XVI. XVII. XVIII nexum dispicere. Nec ita incredibile est Liuio cum illa exarare annales Ennii obuersatos esse. Vnde Hugius adeo haec uerba: *haec ubi dicta dedit . . . hostis*, quae procliue in hexametri numerum concederent, Liuium a poëta mutuatum arbitrabatur. At id maxime cauent cum alii scriptores tum Liuius ne pedestri orationi uersus immisceant: inuitis excidunt non numquam aut uersus aut simulacra uersuum. Cf. Boetticheri Lexicon Taciteum p. XCVI. Vt ualde mirabiliter ac praeter consuetudinem Liuius hoc loco sciens ac uolens integra poëtae uerba ne mitigato quidem aut obscurato numero in suam narrationem adsumpsisset. Qui quidem, quod Naekius suspicabatur Opusc. I p. 212, nec eam quam Orosius IV 1 tradit Pyrrhi inscriptionem (Ann. VI fr. XII) saluo metro receperat, et cum celebrem Fabii laudem Enniauam (Ann. IX fr. VIII) referret, sensum poëtae, non numerum uersus curauit XXX 26: *nihil certius est quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait.* Nec multum quo uersum esse demonstres ualet haec locutio *haec ubi dicta dedit*, qua usurpata quidem ante a poëtis (cf. Lucilius I 7 Vergilius Aen. II 790 VII 323 al.) Liuius subinde usus est, cf. VII 33 Drakenb. Qua re reieci tamquam Liuii uerba quibus Hugius liberalius Ennii reliquias locupletarat.

Verbo tangam fr. XVI quo Merula Poenos tormenta minantes Regulum compellare arbitrabatur: *amplius exaugere obstipo lumine solis;* quocirca miro qua ille utitur crisis exemplo et *exangēre* scribi et uersum ex octauo relegari in septimum iubet. Sensum poëtae, quem ne Koenius quidem Ephem. Darmst. 1841 n. 152 intellexit, Hugius percepit et supplemento exem-

pli causa proposito inlustrauit: *tunc umbras uespera coepit Amplius exaugere obstipo lumine solis.* Quo uersu ab illo in incertis reposito mihi uisa est adueniens sub pugnae exitum uespera designari: cf. Liuii quam supra exscripsi narrationem.

Inter ea autem quae cladem Cannensem proxime insecuta sunt fuit etiam ut puto illud quod fr. V indicatur: *is pernas succidit iniqua superbia Poeni.* Cui memoriae cum olim e Liuio lucem peterent XXII 51: *quosdam et iuuentes uiuos succisis feminibus poplitibusque inuenerunt* e. q. s. (cf. Val. Max. VII 4 ext. 2). Hugius conuenientius sententiae hanc Valerii Maximi narrationem asciuit IX 2 ext. 2: *Hannibal . . . in flumine Gallo* (Vergello, cf. Florus I 22 p. 37 Jahn.) *corporibus Romanis ponte facto exercitum transduxit . . . idem captiuos nostros oneribus et itinere fessos iam prima pedum parte succisa relinquebat. Quos uero in castra perduxerat, paria fere fratrum et propinquorum iungens ferro decernere cogebat.* Quorum illud quod de ponte cadaueribus extructo Valerius perhibet Flori l. l. indicio post ipsam pugnam Cannensem accidisse significatur: ut, si qua fides est ordini quem Valerius tenuit narrationis, eodem etiam altera memoria referri uideatur. Qua re fr. VI aut post XV conlocandum aut relegandum erit ad incerta.

Relicua quae cum Hugio ad hunc librum ascripsi aut incerta sunt aut non traduntur ex hoc libro. Q. Fabius Maximus quartum consul creatur (XIX) a. u. c. 538 conl. Liuio XXIV 9. Fragmentis XX et XXII obsessae Campanorum nescio quae urbes designantur. Illud Hugius ad obsessam a Romanis Capuam refert conl. Liuio XXV 20. XXVI 4, hoc ad ea quae Liuius XXVI 16 perhibuit, a. u. c. 541 principes Campanorum partim captos partim interfectos esse. Fragmento autem XXI nix dubium est quin Hannibal designetur, qui a. u. c. 541, ut Liuius XXVI 10 narrat, noctu Romam perrexit. Denique fragmentorum XXIII et XXIV occasionem uelle indicare hariolari est. Contra incertorum duo indicabo ex hoc libro fortasse desumpta: fr. XXXVII *deque totondit agros lautos atque oppida cepit*, quod poterat apte de Hannibale post cladem Cannensem Italiam peruaganti efferri: sed cf. p. L; ibidemque locum habere hoc *bilingues Bruttates* (XXXVIII).

Noni annalis ut, quoad eius fieri potest, argumentum definiatur ordiendum est a fr. IV quo Cetegum et Tuditanum consules creatos perhibetur: qui teste Liuio XXIX 11 a. u. c. 548 consulatum iniere. Cumque belli ipsius finis in a. u. c. 551 incidat, illinc conicias in hoc libro Hannibalis res desisse. At nec testimonium quo nitimur Ciceronis Bruti 15, 58 sat firmum est, quoniam ipse *ut opinor* addit dubitanter, et refragatur adeo aperte Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. qui hunc de Fabio Maximo elatum uersum: *unus homo nobis cunctando restituit rem* e XII annali citauit. Cui testimonio cum fauerit Niebuhrius in scholis academicis de hist. Rom. I 23, tum patrocinatus est maxime F. Ritterus de Ennii rebus (Ephem. antiqu. Darmst. a. 1840 p. 376), qui exitum quidem belli ad hunc librum relegauit. Neque enim illud celebre Fabii praeconium, cuius Macrobius primum tantum uersum attulit, necessario in ipsa rerum Cunctatoris narratione locum habuit. Cuius praeconii Liuius quidem, in ea quoque re fortasse ipsum Ennium imitatus, cum mortem Fabii perhiberet mentionem fecit XXX 26. At ne sic quidem testimonio Macrobii facile me mancipabo. Nam ut nihil dicam de eo quod sic bellum Macedonicum nimis parce tractatum uideatur, quoniam in tertio decimo iam bellum Antiochenum tractatum erat, in X et XI annalibus fragmentum quod non possit non ad Hannibalis res referri nullum inuenitur, contra extant quae ab illis rebus abhorrent manifesto. Vide quae infra exposui de Ann. X fr. II. IV. Ann. XI fr. II. III. Qua re Merulam secutus Ciceronem quamquam memoriter citando non lapsum esse bellaque Punica non ultra IX annalem perrexisse arbitror: a Merula id tantum differo, quod is laudes illas Fabii in octauo libro inter ipsa Cunctatoris facinora conlocauit.

De fine igitur libri mihi quidem iam nullum dubium est: at initium, ut exitus superioris, incertum. Fr. II non improbabiliter Merula hoc loco posuit, quoniam Liuium Salinatorem a. u. c. 545 de Poenis atque Hasdrubale triumphum egisse Patauini Liuii testimonio constat XXVIII 9, quamquam idem Liuius a. u. c. 533 de Illyriis triumphasse perhibetur, qua de re uide Freinshemii Supplem. Liuii X 63. Fr. III cum facile intellegatur

fretum Gaditanum designari. Hugius fortasse locum in pugna a Laelio in ipso, ut Liuius XXVIII 30 ait, rapido freto commissa habuisse suspicatus est. Porro Scipionis aduentus in Africam tribus ut puto fragmentis V. VI. VII significatur, quorum VI Hugius quoque hoc loco editum coniecerat. Nam ut negare non possum, nullum eorum uersuum non potuisse etiam ad Reguli transitum referri, tamen trepidatio ac pauor quem poëta significat Afrorum et uis magna quae traicitur copiarum paulo magis huic quam indicani occasioni conuenire uidebantur. Cf. Liuius XXIX 25. 28. Nec scio an ex incertis eodem pertineant hi uersus: *ratibusque fremebat Imber Neptuni* (XXXIX) et: *tonsillas rapiunt, configunt litus, adunca* (XL). Quorum ille e descriptione trauehentis in Africam Scipionis desumptus uidetur conl. Liuio XXIX 27: *uento secundo uehementi satis prouecti celeriter e conspectu terrae ablati sunt . . . lenior uentus in alto factus — — prosperam nauigationem sine terrore ac tumultu fuisse permultis Graecis Latinisque auctoribus credidi*: altero autem rapide naues adpellentes milites pinguntur.

Scipio cum Hannibale congreditur (IX). Conueniunt enim cum hac Ennii sententia maxime quae eundem Hannibalem Liuius XXX 30 orantem facit: conferas uel haec: *maximae cuique fortunae minime credendum est . . . melior tutiorque est certa pax quam sperata uictoria: haec in tua, illa in deorum manu est, ne tot annorum felicitatem in unius horae dederis discrimen.* Vbi Hannibalis periculum Scipionem compellendi ad pacem inritum cecidit, proelium paratur. Milites cohortatus siue Scipio est siue Hannibal: *sed quid ego haec memoro? dictum factumque facit frux* (X). Pugna committitur (XI): fugantur Afri ac castra diripiuntur (XII).

Dein poëta uictorem Scipionem nescio quo nexu laudibus effert: unde residet et hoc frustulum *Scipio inuicte* (XIII) et is uersus cui nunc paenitet in saturis a me locum adsignatum esse: *uel tu dictator uel equorum equitumque magister Esto uel consul* (Sat. u. 18 sq.). Quo uersu Scipionem compellari Merula uidit conl. Liuio XXXVIII 56: *castigatum enim quondam ab eo populum ait, quod cum perpetuum consulem et dictatorem uellet facere.* Cf. Valerius Maximus IV 1, 6. De proxumis duobus

admodum dubia res est, quorum conlocationem Hugius ita praeiuit, ut fr. XIV Carthaginienses significarentur ne libertatem amitterent precantes, altero XV pacis initium, qua ad poliendos agros regredi liceret, designaretur. De reliquis prorsus nihil habeo quod eruditis proponam: nisi mihi quidem uela uentis inflata, quod Hugius noluit, admodum ridicule uideri cum Cyclopis uentre humanis carnibus distento (XVI) conferri.

CAPVT V

Punicas res ad finem persecutus poëta nouo prohoemio ad bellum Macedonicum pergit. Cuius belli initia licet iam in Hannibalici tumultus tempora incidant, puto tamen Enniun decimo libro ab ipsis principiis Philippi res repetiuisse. Hoc enim cum exordium mihi subindicare uideatur *insece Musa manu Romanorum induperator Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo* (1), tum id quod potior librorum auctoritas decimo, aliquot libri undecimo annali ascribunt fr. II *Leucatam campsant* percommode ad ipsum Macedonici belli quasi limen relegatur. Liuius enim cum in eo est, ut Aetolorum a Philippo defectionem (a. u. c. 542) perhibeat, haec quibus inprimis frustulum illud inlustrari uidetur narrauit (XXVI 26): *Laeuinus ueris principio a Corcyra profectus nauibus superato Leucata promunturio cum uenisset Naupactum, Anticyram inde se petiturum edixit, ut praesto ibi Scopas Aetolique essent.*

Ceterae reliquiae de quibus conicere aliquid licuit pleraeque omnes ad T. Quinctii Flaminini laudes aut pertinent aut possunt eo commode referri. Nam et cum quem 'egregie cordatum hominem' dicit poëta (III) ibi probabile est laudatum fuisse, ubi eius conlegam in consulatu fuisse Flamininum (a. u. c. 554) narrabat. Cf. Liuius XXXII 7. Neque in Aelii rebus tum diutius commoratus uidetur, cui, cum prouincias sortirentur consules, Italia euenerit: at Quinctium in Macedoniam proficiscentem suis laudibus prosequitur. Cf. Liuius XXXII 8 sq. Is igitur dilectum habet, quo eos fere legit 'qui in Hispania aut Africa meruerant spectatae uirtutis milites', 'bellum tolerare potentes' quos Ennius uocat (IV). Quocum tam in ea re Liuius

consentit quam in numero militum dilectorum. *A Brundusio* enim ait *cum tramisisset* (T. Quinctius), *Corcyram tenuit cum octo milibus peditum, equitibus octingentis.* De equitibus quidem Ennius nihil: at *insignita* dicit *milia militum octo duxit* (IV). Ab Corcyra autem in proxima Epiri traiecit et in castra Romana magnis itineribus contendit: ibi cum P. Villium superioris anni consulem dimisisset, ipsam Macedoniam recto itinere per castra hostium penetrare placuit. Quod quo modo fieret cum parum expedirent, dies quadraginta sine ullo conatu sedentes in conspectu hostium absumpserunt (Liuius XXXII 9). Cum etiam spes conloquiis temptandae pacis inrita cecidisset, ante stationes Macedonum multis proeliis leuibus utrimque frustra pugnatum est (Liuius l. l. 10). Tum Charopus princeps Epirotarum, qui 'noctesque diesque sollicitari' Flamininum (Ann. u. 338) comperit, pastorem ad consulem mittit, qui si quid praemii relaturus esset se curam Titi qua coqueretur leuaturum promittit (u. 339 sq.). Nosse enim se omnes montium eorum qui tum regiis castris tenebantur anfractus callesque ac partem copiarum Romanarum non iniquo nec perdifficili aditu super caput hostium educturum. Flamininus initio haesitans non nihil deinde quattuor milia lecta peditum et trecentos equites mittit qui a pastore in cacumina Macedonum castris imminentia circumducerentur. Quos *ille uir haut magna cum re set plenu' fidei* (u. 342) in uerticem quem petebant Romani tribus noctibus (fr. VI) — pernox enim iter esse Flamininus iusserat — perduxit. Tum illi, Flaminino ubi signum ab eis accepit castra hostium omnibus copiis oppugnante, subito in Macedonas in Flamininum uersos impetum a tergo fecerunt.

Ita contexui Liuii fere (XXXII 9. 10. 11) et Ennii uerbis poëtae narrationem, unde aliquot uersus Cicero Titi praenomine Flaminino et Attico communi admonitus ineunte Catone maiore ad Atticum suum accommodauit. De quibus Columnae Merulaeque hariolationibus Ritterique disputatione (Ephem. antiq. Darmst. a. 1840 p. 379 sq.) reiectis optime Nicolaus Madnicus Opusc. acad. II p. 290 sqq. disseruit: qui et Liuii quam exposui narrationem indicauit et reliquos qui eandem rem tetigerunt scriptores asciuit: Plutarchi Flamininum 4, Polybium XXVII 13, Diodorum Siculum in excerptis

Peirescianis II p. 578 Wess. et fortasse Appianum fr. IV Macedonicorum. Eidem autem narrationi cum supra fr. VI intexuerim, tum addo nunc fr. VII. Cum cane enim quem poëta dicit, qui ubi catena deuinctus feram sentiat, ululare acute soleat, nescio an non incommode relicti in angustiis cum Flaminino Romani significentur: qui cum ad hostium castra accedant, subito clamorem tollunt.

Desiit hic liber in pugna ad Cynoscephalas a. u. c. 555 commissa. Ante hoc enim proelium Quinctius, dum copias omnes in aciem educit, acriter milites cohortatur suos: conl. Liuio XXXIII 8: *cum isdem Macedonibus pugnaturos quos ad Epiri fauces montibus fluminibusque saeptos uicta naturali difficultate locorum expulissent acieque expugnassent: cum eis quos P. Sulpicii prius ductu obsidentes in Eordaeam aditum uicissent: fama stetisse, non uiribus Macedoniae regnum: eam quoque famam tandem euanuisse.* In qua cohortatione uides quo modo locum habere potuerint Ennii fragmenta VIII. IX. X.

Relicua incerta: sed undecimi, cum de sede nihil eruerim, emendationem quidem quam proposui non meam sed Iacobi Bernaysii, si potero, perficiam. Qui cum cetera uerissime ut puto restituisset, una *pater* nox probabili coniecturae obstinatius uidebatur refragari: quodque ipse non inconueniens quidem sententiae *acriter* posui, ualde propter mutationis inprobabilitatem displicebat: quo quidem nolui aliud significare quam latere sub ea uoce quod ad Ennium pertineret aliquando eruendum. Nunc Enniani ibi nihil subesse mihi persuasi, neque uero ad Nonii (p. 370, 22) uerba inde quicquam redundare, immo eiciendum esse inportunum uocabulum librariorum tam errore quam incuria ortum. Nempe olim in Nonii nescio quo codice nostris superiore haec loci species comparebat: *Ennius annalium lib. X aegro corde comis passis late palmis paten passis ait palmis patentibus et extensis.* Aperta erroris origo, unde proclini corruptelae progressu posterioris librarii incuria illud procreauit, quod hodie circumfertur in libris.

Vndecimo annali res Flaminini continuantur ac fr. I Philippi ingenium designatur, qui cum ante multum insuperbire so-

leret, deuictus a Flaminino humilis et abiectus nullam pacis conditionem se repudiaturum profitetur. Cf. Liuius XXXIII 13. De fragmentis II et III Hugius non inperite ita disputauit ut de Romanorum cum origine Troiana tum cognatione Graecorum Flamininum, qui per opportunitatem Iudicrorum Isthmiorum Graecis urbibus libertatem edicit (Liuius XXXIII 32), orasse suspicaretur. Qui quidem uersus quod supra monui inprimis illud indicant non posse ad hunc librum rerum Punicarum narrationem pertinuisse.

Neque tamen per totum librum poëta uidetur in Flaminini rebus uersatus esse: immo duo fragmenta (IV. V) fortasse non inepte ad Catonem referuntur, cuius egregias in annalibus laudes fuisse Cicero testatur pro Archia 9, 22: *in cuius huius prouinus Cato tollitur*. Cato autem a. u. c. 557 consulatum iniit ac celebrem pro lege Oppia orationem habuit: cuius speciem quandam ex imitatione Liuii XXXIV 2 sqq. concipere licet. In eam autem orationem et hoc quo in luxum uestiarium inuehitur fragmentum *pendent peniculamenta imum ad quemque pedum* (V) conuenit, et haec uerba *malo cruce fatur uti des Iuppiter* (IV), quibus mala omnia inprecatur ei qui promulgatam contra mulierum luxuriem legem abrogatum inerit. Non ita multo post Cato in Hispaniam indigenas Hispanorum domitum profectus est: cf. Liuius XXXIV 8 sqq. Quas res si Ennius persecutus est, in eo nexu forsitan locum hi uersus: *tum clupei resonant et ferri strīdit acumen* (VI) et *missaque per pectus dum transit strīderat hasta* (VII) nanciscantur. Nec inscite Hugius ibidem ferocem Hispanum induci coniecit, qui se Romane nescire iactaret in hunc modum: *Hispane non Romane memoretis loqui me* (inc. sed. XLIII).

E duodecimo annali a grammaticis quattuor citantur fragmenta, quorum tamen unum quod Fabii praeconium continet ad nonum (fr. VIII) relegauimus, duo e postremo annali desumpta esse infra euincemus. Ac ne eius quidem quod unum restat occasionem monstrare contigit: *omnis mortalis uictores cordibus uiuis Laetantes uino curatos somnus repente In campo passim mollissimus perculit acris*. Quos uersus Hugius in strage Histrica conlocauit Liuium XLI 3 secutus, qui Histros narrat, ubi in uacua

Romanorum castra impetum fecerint, armorum hostiumque oblitos epulari coepisse, et ut quibus insuetus liberalior uictus esset, auidius uino ciboque corpora onerasse. At mihi in his maxime rebus poëtae danda esse licentia quaedam uidetur si modo est licentia: neque ego hinc eiciam uersus, quantumuis Liuius nullam crapulam, quam ad hanc partem carminis trahas, perhibeat. Potuit autem illis ex incertis fragmen aliquod de conuiuio depromptum: *uertunt crateras ahenos* (inc. sed. L) praemissum esse.

Duos qui insecuntur annales poëtam in bello Antiocheno impendisse cum progredieus paulatim narratio exigat, tum commendant praecipue certa reliquiarum indicia. Ac decimus quidem tertius annalis in adparatu belli uersatus est. Depinxerat poëta Romanorum, accepta eius belli fama, pauorem ac formidinem: quam Liuius tangit XXXV 23: *ceterum eo tempore minus ea bella quae gerebantur curae patribus erant quam expectatio nondum coepti cum Antiocho belli.* Quem pauorem ea res maxime adauxit, quod Antiochum, quem Hellespontum cum exercitu transisse rumoribus adlatum erat (Liuius l. l.), tamquam alterum Xerxem aduenturum extimescebant: id quod Florus testatur (I 24 p. 43 Jahn.): *non aliud formidolosius fuit bellum: quippe cum Persas et orientem, Xerxen atque Darium cogitarent, quando perfossi inuii montes, quando uelis opertum mare nuntiaretur: ad hoc caelestes minae territabant, cum umore continuo Cumanus Apollo sudaret.* Atque ei rei conuenit Ennii uersus *isque Hellesponto pontem contendit in alto* (II) haud dubie hac occasione editus. Praeter minas autem caelestes (cf. Liuius XXXV 21) apud Ennium fortasse uates aliquis impendentem e Syria tempestatem praedixerat. Contra quem nescio quis non tam uatum hariolationes, quas ne in aetate quidem agenda satis uerare adpareat (I), quam ipsam rerum conditionem spectandam esse adfirmat (III). Cf. Ennii Telamonis fr. II. Fragmentum IV discidii cuiusdam Antiochum inter et Hannibalem orti indicium continet. Initio quidem notum est Antiochum ab Hannibale maxime ad eius belli inceptum stimulatum esse. Cf. Liuius XXXV 19 et F. Ritterus Ephem. antiq. Darmst. a. 1840 p. 382 sq. Qui quod

postea seorsum ab Antiocho sensisse uidetur, eius rei haud scio an Gellii narratio V 5 rationem quandam exhibeat.

Haec de belli adparatu: e bello ipso resident fr. V *matronae moeros complent spectare fauentes:* cuius uersus inlustrandi uiam Liuius XXXVII 20 ostendit. Cum enim a. u. c. 562 regii Seleuco duce Pergamum circumsidentes contemptu Achaeorum, qui intra moenia se tenebant, toto passim campo se sparsissent, tum Diophanes praefectus praesidii stationem hostium inprouiso inuadit: *caedes passim fugaque per campos facta est. Diophanes secutus effusos quoad tutum fuit, magno decore gentī Achaeorum parto — spectauerant enim e moenibus Pergami non uiri modo sed feminae etiam — in praesidium urbis redit.*

Quarti decimi annalis fragmenta inter duas licet cum Antiocho a. u. c. 562 commissas pugnas aequali fere portione distribuere: priorem dico nauale ad Myonnesum factam quam Liuius XXXVII 29. 30 perhibet: unde quantum satis est ad inlustranda fr. I—IV infra scripsi. Ergo Aemilius Regillus praetor ad Teiorum urbem classem traduxerat et *egressi milites nauesque sunt ad commeatus et uinum maxime diuidendum in naues: cum medio forte dici agrestis quidam ad praetorem adductus nuntiat alterum iam diem classem stare ad insulam Macrin* (ita nautici nocant Myonnesum), *et paulo ante uisas quasdam moueri tamquam ad profectionem naues — —* primo *turbatis imperiis concursum ad naues est:* dein consilio ac prudentia Aemilii sine trepidatione naues conscendunt: *instructaque acies, uelut cernerent regios, in altum processit* (I. II). *inter Myonnesum et Corycum promunturium erant, cum hostem conspexere* (III) *— iam totis simul classibus ab omni parte pugna conserta erat.* Alterum quod huc pertinet proelium est ad Magnesiam commissum, quode Liuius l. l. 39—44. Qui ubi Romanae aciei rationes tangit 'duo milia mixtorum Macedonum Thracumque, qui uoluntate secuti essent, praesidio castris relictos esse' commemorat. Vnde occasio dispicitur qua Ennius potuerit rumpia quod genus teli Thracae nationis est (V) commemorare. Relicua aperta. Ante certamen cohortatio ad milites (VI): insequitur proelium (VII). Denique fractus bello Antiochus calamitatem suam de-

plorat: *quae me fortuna ferocem Contudit: indigno bello confecit acerbo* (VIII).

Quintum decimum annalem olim intellectum est in primis Fulnio Nobiliori dicatum esse. Cuius uiri hic poëta amicitia fruebatur eumque in Aetoliam comitatus est non militandi causa, ut Cicero ait Bruti 20, 79 et pro Archia 11, 27, sed quod Fulnius ingeniosi poëtae consortio ne inter bellicas quidem occupationes carere noluit. Neque tamen id Catonis nituperium effugit, qui teste Cicerone (Tusc. disp. 1 2) in oratione contra Fulnium habita (cf. Ritterus Ephem. antiq. Darmst. a. 1840 p. 381) publice eum quod poëtas duxisset in prouinciam reprehendit. At Ennius amico suo, cui etiam ciuitatem Romanam acceptam referebat, insignioris laudis monumentum in annalibus posuit. Ita enim Cicero pro Archia 9, 22: *at eis laudibus certe non solum ipse qui laudatur sed etiam populi Romani nomen ornatur. In caelum huius proauus Cato tollitur: magnus honos populi Romani rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fuluii non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum qui haec fecerat, Rudinum hominem* e. q. s., et Aurelius Victor de uiris inlustribus 52: (M. Fulnius) *consul Aetolos . . . proeliis frequentibus uictos et in Ambraciam oppidum coactos in deditionem accepit . . . de quibus triumphauit: quam uictoriam per se magnificam Q. Ennius amicus eius insigni laude celebrauit.* Ad hanc autem, quae rerum a Fulnio gestarum luculentissima fuit, obsidionem Ambraciae, de qua adi Liuium XXXVIII 3—11, refero quae ad hunc annalem ascripsi fragmenta omnia praeter quintum, de quo quaerendo nihil inuestigaui. Ac de I et II fragmentis Liuii quam significaui narratio dubitare non sinit. De III, a quo IV ut infra dicam non debet diuelli, res est eo incertior quod Historum, quos Macrobius Sat. VI 2 p. 514 Jan. adfert, neque in eius urbis oppugnatione nec omnino in hoc annali mentio esse potuit. At cum res ipsa quam Macrobius refert quaeque planius e Vergilio (Aen. IX 672) dispicitur adprime in Ambraciae obsidionem conueniat (cf. Liuius l. l. 6, nisi quod ibi nihil de singulari duorum eruptione), numerum quidem libri a Macrobio adlatum uerum arbitror, errorem autem ipsius ut puto

Macrobii in Histrorum nomine residere. Ad Ennii autem poësim Macrobius testatur Vergilium suam de Pandaro et Bitia narrationem (Aen. IX 672 sqq.) conformasse. In qua cum haec quae Vergilius dicit *armati ferro et cristis capita alta corusci* (678) a Servio in Aen. I. l. laudatus Asper ex Ennii locutione *succincti corda machaeris* (IV) deprompta dicat, inde non inepte Merula ea de uiris fortibus illis elata existimauit qui erumpentes porta stragem de obsidente hoste fecissent: nisi quod Macrobio nimium confisus tum forte inter auxiliares Ambraciae Histros quoque fuisse adsumit.

CAPVT VI

Sextum decimum annalem poëta nouo exordio iniit, quo, quod residua e prohoemio particula *quippe uetusta uirum non est satis bella moueri* (II) indicat, ad res suae aetati propiores se descendere profitetur. Quem librum Plinius testatur Dentrum causa superioribus adiectum esse nat. hist. VII 101: *fortitudo in quo maxume exstiterit immensae quaestionis est, utique si poëtica recipiatur fabulositas. Q. Ennius T. Caecilium Dentrem fratremque eius praecipue miratus propter eos sextum decumum adiecit annalem.* Plinii quidem libri non Dentrem sed Teucrum exhibent, quod olim correctum est. Titus autem Caecilius cum nemo ea aetate quam in hunc annalem incidisse probabile est commemoretur. Hochius de Ennii ann. fragm. a P. Merula auctis p. 17 Lucium reposuit. Sed de Dentrum rebus admodum tenuis apud Liuium memoria extat: Lucius a. u. c. 570 in Sicilia praetor fuisse perhibetur XL 1, Marcus frater a. u. c. 579 ad Antiochum ac Ptolemaeum renouandae amicitiae causa legatus iuisse XLII 6. Rettulit haec F. Ritterus quoque l. l. p. 386 illud non animadnerteus quam parum haec conueniant ei e quo magnam de Dentribus expectationem haurimus testimonio Plinii. At dandum est aliquid poëticae quam ille dicit fabulositati, atque Enniun credibile est, cum plura de illis uiris compererit quam scriptorum beneficio ad nos propagatum est, ea suis inuentis etiam in mains exornasse.

Ergo inter Dentrum fortia facta locum habuerint haec quae e certaminibus desumpta uidentur fragmenta III. IV. V. Nec tamen hunc integrum librum poëta Dentribus impendit, in quo uel e Philippi extrema nita quaedam habita fuisse hic uersus, siquidem recte emendaui. *quos ubi rex populos spexit de cauti bus celsis* (IX) documento est. Regem enim Philippum dicit. de quo haec Liuius XL 21 narrat: *cupido cum ceperat in uerticem Haemi montis ascendendi, quia uulgatae opinioni crediderat Ponticum simul et Adriaticum mare et Histrum amnem et Alpes conspici posse: subiecta oculis ea haud parui sibi momenti futura ad cogitationem Romani belli.* Ac licet Liuius l. l. 22 *nihil* dicat *uulgatae opinioni degressi inde detraxerunt, magis credo ne uanitas itineris ludibrio esset quam quod diuersa inter se maria montesque et amnes ex uno loco conspici potuerint*, tamen nihil impedit, quo minus Ennium credamus cecinisse, Philippo rem quam expeteret contigisse. Adiunxi huic statim cetera quae ad Philippum attineant fragmenta X. XI. XII. Duobus enim annis post a. u. c. 573 Philippus senio, ut Liuius ait l. l. 51, et maerore consumptus decessit: qua opportunitate poëta et superiorem regis uitam attingit (X) et exemplo ab anni aetatibus repetito (XII) inlustrat illud quod dicit *post aetate pigret subferre laborem* (XI). Fragmentis VII. VIII Hugius Fabium Maximum designari cogitauit (conl. Ciceronis Catone maiore 4, 10: *bella gerebat ut adulescens, cum plane grandis esset*): quem poëta relata Scipionis morte (a. u. c. 569 conl. Liuio XXXIX 52) belli Punici temporum admonitus in comparationem ascinisset. Ipse olim Philopoemenem clarum Achaeorum ducem suspicabar, nec nunc paenitet suspitionis: quem facile 'ratum in regimen bellique peritum senem' nominari potuisse concedes: conl. Liuio XXXIX 49.

Ceteras huius libri reliquias inter certamina cum Liguribus commissa et Fuluii Flacci res in Celtiberis gestas distribuo. Quas res quo inlustrarem, e Liuio XL 25–31 hausi quae huc pertinere uiderentur. Ergo L. Aemilius Paulus principio ueris a. 571 in Ligures Ingaunos induxit exercitum: in hostium finibus castra posuit prope a montibus: Ligures autem *post eos ipsos montes ... exercitu omni coacto repente multitudine ingenti castra Roma-*

norum oppugnare simul omnibus portis adgressi sunt (XIII. XIV). Aemilius a Baebio auxilium expectans cum et postero die Ligures uenturos scisset et educere in aciem potuisset, tamen *intra uallum suos tenuit, ut extraheret rem in id tempus quo Baebius cum exercitu uenire a Pisis posset.* Cf. Liuius l. l. 25. Hac occasione nescio quis Aemilium uidetur eis sententiis innexisse quas haec fragmenta quae olim ut puto unius orationis complexu continebantur XVI. XVII. XVIII. XIX exhibent. Tandem *Aemilius, postquam nihil usquam auxilii ostendebatur — ad quattuor portas exercitum instruxit, ut signo dato simul ex omnibus partibus eruptionem facerent — quantus pudor esset edocens ab Liguribus latronibus uerius quam hostibus iustis Romanum exercitum obsideri* (Liuius l. l. 27), atque huc refero id quod post XIX ponendum erat fr. XV.

Eodem anno bellum coortum in Hispania citeriore, quam Q. Fuluius Flaccus prouinciam obtinebat. Cuius belli decursum, in quo fr. XX. XXI. XXII sedem nancisci poterant, Liuius l. l. 31 sqq. enarrauit.

Nam Celtiberi primum omnibus copiis castris egrediuntur; dein cum Romanus per quadriduum continuum suos intra uallum contineret, in castris quieuere, equitibus tantum in stationem emissis (XX). Iam praetor Romanus L. Acilium cum copiarum parte noctu (XXI. XXII.) *circumire montem iubet qui ab tergo hostibus erat: inde ubi clamorem audisset, decurrere ad castra eorum.* Flaccus interea Celtiberos a praesidio castrorum suorum abstrahere studet: ac subito *intra uallum exercitu instructo tribus partibus simul erumpit, clamorem non tantum ad ardorem pugnae excitandum sublato, sed etiam ut qui in montibus erant exaudirent.* (Vt huc fortasse melius referatur fr. XIV.) Sic *prope sine certamine capiuntur castra.*

Septimo decimo annali poëta res a. u. c. 572 et 573 gestas cecinit. Inter quas fuit etiam quod Cicero, quem Hugius laudauit, in oratione de prouinciis consularibus c. 9 tradit: *an uero M. ille Lepidus, qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio sed etiam annalium litteris et summi poëtae uoce laudatus est, quod cum M. Fuluio collega, quo die con-*

sor est factus, homine inimicissimo in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac uoluntate defenderent? Adparet enim a Cicerone dici Ennii annâles, quem etiam alibi summum poëtam nominauit. Rem ipsam autem a. u. c. 573 accidisse Liuii beneficio XL 46 constat. De reliquiis uix quicquam confidenter adfirmes: quarum paucae (I—V) e Fuluii Flacci rebus quas illis annis contra Celtiberos gessit desumptae esse possunt. Cf. Liuius XL 39. 40.

At de crisi uersuum 426 sq. hic quaedam adiciam. Quorum posteriorem ascripsi quem admodum Theodorus Bergkius in censura Festi Muelleriani (Ephem. litt. Hal. a. 1842 II 230) emendauit: de altero sentio nunc secus atque olim cum fragmenta perscripsi. Quo uersu duo grammatici utuntur, Philargyrus in Georg. IV 188, qui totum fragmentum exhibuit: *non possunt mussare boni qui factam labore enixi militiam peperere*, et Festi breuiator p. 144 M.: *non decet mussare bonos*. Nam hoc frustulum non segregandum est a uersibus Philargyri: editores quidem illud tamquam proprium Ennii fragmentum recensent, *hic* pronomine, ne numerus labatur, inserto: *non decet hic m. b.* Quos Muellerus uituperat ad Festum p. 384 et Bergkius. Qui pristinam eius uersus speciem a Paulo tradi adfirmat, quam antiquitus grammaticus quidam, ne in hexametro trochaeus offendat, intempestiue mutauerit. Nam legitimum esse primi pedis trochaeum, quem Ennius Homerum imitatus non raro in suos hexametros admiserit. At id uellem Bergkius certioribus quam quibus usus est exemplis firmasset. Etenim quod hunc uersum asciscit: *adnuit sese mecum decernere ferro* (II fr. XI), refutatur ab eo cui debemus fragmentum Prisciano X p. 822 P. I p. 480 Kr., qui eo exemplo ‹uetustissimos etiam produxisse perfectorum in *ui* desinentium penultimam› confirmat. De altero autem uersu *Tarcuini corpus bona femina lauit et unxit* (III fr. VIII) olim intellectum est nec *Tarquinii* nec quod Bergkius uoluit *Tarquini* sed *Tarcuini* probatam Ennio formam esse. Denique tertium uersiculum nescio qua auctoritate Bergkius ita citauerit, *repletur Imbrium fremitu*: Seruius enim quem ille auctorem laudauit (in Georg. I 12) ita refert: *ager opplebis imbrium fremitu*: quae nemo annalium esse testatur nec

commodius possis quam ut Ribbeckium secutus feci trochaico numero sic dimetiri: *ager opplctus imbrium Frémitu* (Trag. 146 sq.). Verum tamen cum testimonia grammaticorum reputo, propensior est animus ad credendum, uerum, ita ut fit, sub specie depranatiore delitescere. Atque in promptu est emendatio, qua ut trochaei turpitudo abstergitur ita insignior scripturae discrepantia inlustratur. Etenim adhibita uoce antiqua et quae saepius cum alibi tum apud Ennium quasi ex oblitione suscitata est (cf. Ann. 161. 314. 411), Ennii manum ita refingo: *noenu decet mus sare bonos. Noenu* enim posteaquam, ut plerumque, in *non* particulam abiit, non indoctus librarius labentem uersiculi numerum ea forma quam Philargyrus seruauit *non possunt mussare boni* sustentare niriliter studuit.

Ad calcem annalium peruentum est, in qua poëta, ut ipse hac opportunitate monuit (IV), septimum et sexagesimum annum agens elaborauit. Cf. p. XIX. Ibi praeterea alia de uita sua narraudi cupidior senex exprompsit. Nam haec quae Ciceroni (Cat. mai. 5, 14) debemus *sic ut fortis equus spatio qui saepe supremo Vicit Olimpia, nunc senio confectus quiescit* (VII) haud dubie Ennius non seorsim ab aetatis suae commemoratione extulit. Tetigit etiam genus suum quod a Messapo originem ducat (VI) et se Rudinum esse Fuluii Nobilioris beneficio Romana ciuitate donatum (V). Hoc quidem quod de ciuitate dicit potuit etiam tum cum in Fuluii rebus uersabatur commemorare: quamquam magis adridet poëtam in extrema aetate superioris uitae admonitum laeto animo haec: *nos sumus Romani qui fuimus ante Rudini* exclamasse. De ciuitate Ennii et quo pacto eam adeptus sit uide F. Ritterum Ephem. antiq. Darmst. a. 1840 p. 383 sq. Sed haec omnia dubites initione an fini libri ascribas: olim tamquam extremi carminis reliquias adposui: nunc conuenientius poëtae consuetudini uidetur prohoemii materiam ex his frustulis constitui.

Namque quasi nouo impetu ad Histricum bellum sese accingit. Ex eo bello residet quam Ennius ad Homeri (Il. *II* 102) exemplum effinxit fortis tribuni cuiusdam contra Histrorum inpressionem se defendentis descriptio (II). De re consentit cum poëta Liuius XLI 2. Cum enim Histri castra Romana ad lacum Timaui

posita subito adgrederentur, qui intra uallum erant omnes, ne consule quidem excepto, communi terrore abrepti ad mare confugiunt: *unus remansit M. Licinius Strabo tribunus militum tertiae legionis cum tribus signis ab legione sua relictus: hunc in uacua castra impetu facto Histri, cum alius armatus eis nemo obuiam isset, in praetorio instruentem atque adhortantem suos oppresserunt: proelium atrocius quam pro paucitate resistentium fuit nec ante finitum est quam tribunus militum quique circa eum constiterant interfecti sunt.* At tribuni nomen non conuenit: quem Liuius Licinium, Ennius, si Macrobio (Sat. VI 3 p. 516 Jan.) fides, Celium uel Coelium adpellauit: pro quo Merula C. Aelium reposuit, cum Liuius initio belli XLI 1. 4 T. et C. Aelios tribunos attulerit. Nec improbabile mihi quidem uidetur in Celii nomine C. Aelium delitescere, siue Macrobius hoc nomen cuius ex Histrico bello meminisset pro Licinio posuit, siue Ennius eas defendendi castra partes C. Aelio, non Licinio tribuit. At grauius est quod cui ascripsimus uersus duodenicesimus annalis nulla librorum memoria traditur: quorum Parisiensis id quod olim uulgabatur XII, reliqui XV praebent. De duodecimo, quoniam XIII et XIV annales bellum Syriacum occupabat, cogitari nequit: neque magis conuenit XV, quo nobis Marci Fuluii res tractatas fuisse persuasimus. Cumque XVI et XVII libros probabile sit in annis 571—573 uersatos esse, nihil reliquae annalium dispositioni accommodatius est quam pro XII (siue XV) reponi XIIX. Cf. Ritterus l. l. p. 388.

Restant praeterea duo huius libri frustula I et III, quorum hoc incertum est, illud ad castra Romanorum in Histrorum finibus posita referendum uidetur.

CAPVT VII

Tantum de Ennii poësi epica: quem praeter annales epici generis nihil edidisse infra euincam. At in scenica arte multiplicis ingenii poëta elaborauit, dispari quidem studio ac successu: quando tragoediae et multae olim circumferebantur et multa

laude a ueteribus praedicabantur: inter comicos autem eos quidem qui aliqua existimatione fuerunt, hunc poëtam Volcatius Sedigitus celebri censura infimo loco 'causa antiquitatis' recensuit. Cf. Ladewicus de Volcatii canone p. 12. Indices ac reliquiae trium tantum comoediarum hodie extant: Ambraciae, siquidem ea comoedia fuit, Cupunculae, Pancratiastarum. *Cupiunculam* enim cum Nonius p. 155, 30 tradat, leni manu *Cupunculam* refinxi, cum Bentinus *capedunculam*, Bothius *capruncullum* uoluissent. Tertiam *Pancratiastas* pluraliter inscripsi, cum Nonius p. 506. 3 *idem panchratiastis* citauerit: quamquam idem p. 513, 11 et 517. 15 *pancratiaste*, unde *Pancratiastes* titulum fuisse suspicere. exhibet. Ceterum cognominis comoedia Alexidis Philemonis Theophili citatur. nec tamen de harum Graecarum aut de Enniauae argumento quicquam coniiciendo eruitur. His ascripsi duo fragmenta incerta, quae mihi uisa sunt praesertim sermoni comoediae adcommodata esse.

De tragoediis rem omnem fere Ribbeckius occupauit: nec iuuat nunc singula quaeque de quibus ab illo et uero etiam a memet ipso nunc dissentio expromere: quam rem quo plenius persequi liceat mox alibi locus mihi paratus erit.

Quartum genus poësis, in quo Ennius elaborauit, satura est: de cuius natura et origine post celebre Isaaci Casauboni opus a multis quaesitum est: quos censere omnes largae orationis foret. Qua re omissa taediosa mihi confutandi opera e reliquiis ipsis ac testium tenuitate quid dicere contigerit proponam.

Ergo Enuii satura originem duxit a prisca satura scenica. Cum enim antiquitus Romani acceptos ab Etruscis uersus Fescenninos colerent, auertendae pestilentiae causa sunt Tusci histriones arcessiti: hi Romanos nouae arti ita conciliant, ut histrionibus dimissis ingenui iuuenes Romani in ludum succederent. Inde mixtis Tuscorum arti rudiusculis Fescenninis nouus scenae ludus ortus est, forma ac materia miscella, quam saturam dicebant: scenicis enim quibuslibet ludicris liberius conglutinatis fabulae simulacrum prodebant. Verum percepta semel Graecae fabulae uenustate saturae barbaries displicere: quam tamen Romani, ut erant recepti tenaces, aliquamdiu retinuerunt atque exodii loco

Atellanae adfigebant. Is ludus ab Oscis inuentus cum ceteris rebus consimilis sit saturae, unius tamen actionis ambitum non migrat. Cf. Liuius VII 2. Nihilo minus ubi Romae regnare Graecorum fabulae coeperunt, saturae et Atellanae primo neglegentius habitae, dein euanuerunt de scena. Sed eas postea ingeniosi poëtae ex obliuione suscitatas litteris nouo decore instructas reddiderunt. Atellanae sortem persequi nil attinet: e satura autem illa Ennii satura prodiit lectoribus, non scenae dicata. Qua re licet poëta resecuerit quaedam quibus scena non careret, originem tamen scenicam cum Ennii tum posteriorum poësis saturica prodit. Vel diuerbiorum memineris, quibus nihil est in satura frequentius. Quale illud est quod Quintilianus IX 2, 36 tradit Ennium in satura mortem ac uitam contendentes (uel si libris aliquot fidem habere malis consentientes) induxisse (inc. sat. III). Cf. Sat. III fr. I. Indidem Ennius argumenti ac numerorum uarietatem repetiit: qua eum saturas distinxisse Diomedes testatur III p. 482 P.: *satura dicitur carmen apud Romanos, non apud Graecos, maledicum et ad carpenda hominum uitia archaeae comoediae charactere compositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius: at olim carmen quod e uariis poëmatibus constabat satura nominabatur, quale scripserunt Pacuuius et Ennius:* et item paulum infra: *satura carmina multa simul et poëmata comprehenduntur.* Nec tamen Enninm numeros credibile est temere miscuisse: quem cum singulae saturae, quod Diomedes indicat, compluribus poëmatibus constarent, numerorum uarietatem fere ad uarietatem poëmatum rexisse putarim. Inter reliquias saturarum tam eas quae inde citantur diserte quam quae ibi probabili coniectura conlocari uidentur, cum iambici trochaicique uersus tum Sotadei et hexametri feruntur. Variis autem metris suas Lucilius quoque saturas inpertiuit: sed tamen ei saturarum parti quam posteriorem edidit unum hexametrorum numerum adhibuit. Cf. Lachmannus Ind. lect. Berol. aest. 1849. Vnde poëtae posteriores Horatius Persius Iuuenalis non aliis in saturis atque herois uersibus usi sunt. Vnus Terentius Varro in saturis Menippeis cum Ennianam numerorum uarietatem referret, uersibus adeo pedestrem orationem aspersit: cuius rei auctor est Quintilianus X 1, 93: *satura quidem tota nostra est, in*

qua primus insignem laudem adeptus Lucilius —— eruditio in eo mira et libertas atque inde acerbitas et abunde salis. Multo est tersior ac purus magis Horatius et ad notandos hominum mores praecipuus. Multum et uerae gloriae quamuis uno libro Persius meruit — alterum illud etiam prius saturae genus, sed non sola carminum uarietate mixtum condidit Terentius Varro uir Romanorum eruditissimus. Ni mirum altero illo etiam priore saturae genere Ennianam haud dubie saturam significat: cui cum ceteroquin persimilis esset Varroniana, eo distabat quod et solutam simul et uariis carminibus uinctam orationem repraesentabat. Sed doctior haec Varroniana ac multipliciore forsitan argumento quam Enniana fuerit: aequalium autem cauillationi acriorique morum censurae neutram insignius deditam existimarim. In qua re principatum obtinet Lucilius, unde poëtae qui postea in hoc genere claruere, colorem quendam ac normam materiae receperunt. Quibus cum ille uti dixi etiam hexametrorum usum praeiunisset, inde non iniuria Horatius (Sat. I 10, 48) eius saturae quam et ipse coluit et Persius ac Iuuenalis inuentorem Lucilium adpellauit, cuius tamen poësim fallantur si qui genere ac natura ab Ennii satura distare arbitrentur: immo omnes qui in his carminibus elaborarunt poëtae Romani ab Ennio ad Iuuenalem poësim sua natura unam ingenio autem poëtarum uariatam prae se ferunt. Qua re Horatius (Sat. I 10, 66) cum Graecis intacti carminis auctorem laudet Ennium (Ennium enim ibi nec, quod post alios C. F. Hermannus progr. acad. Marb. 1841 narrabat, Lucilium dici propius uerba poëtae intuitus concedet) nec secum ipse pugnat, qui eiusdem saturae inuentorem Lucilium dixerit, nec a rei ueritate abhorret.

Nisi quis ideo translatam a Graecis saturam existimarit, quod aut Lucilius seueritate cauillationis antiquam Graecorum comoediam aemulatur: aut Ennius e Graecorum fabulis si quid commodum uideretur suum in usum conuertit: uelut Aesopi de cassita fabulam Latinis uersibus expressit (inc. sat. IV): atque eam narratiunculam de qua hic uersus residet *subulo quondam marinas propter adstabat plagas* (inc. sat. VI) ab Herodoto deprompsit I 141: *Ἴωνες δὲ καὶ Αἰολέες, ὡς οἱ Λυδοὶ τάχιστα κατεστράφατο*

ὑπὸ Περσέων, ἔπεμπον ἀγγέλους ἐς Σάρδις παρὰ Κῦρον ἐθέλοντες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι εἶναι τοῖσι καὶ Κροίσῳ ἔσαν κατήκοοι. ὁ δὲ ἀκούσας αὐτέων τὰ προϊσχοντο. ἔλεξέ σφι λόγον, ἄνδρα φὰς αὐλητὴν ἰδόντα ἰχθῦς ἐν τῇ θαλάσσῃ αὐλέειν, δοκέοντά σφεας ἐξελεύσεσθαι ἐς γῆν· ὡς δὲ ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος, λαβεῖν ἀμφίβληστρον καὶ περιβαλεῖν τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων καὶ ἐξειρύσαι, ἰδόντα δὲ παλλομένους εἰπεῖν ἄρα αὐτὸν πρὸς τοὺς ἰχθῦς 'παύεσθέ μοι ὀρχεόμενοι, ἐπεὶ οὐδ' ἐμέο αὐλέοντος ἠθέλετε ἐκβαίνειν ὀρχεόμενοι.' Ad quod genus nescio an et hic uersus pertineat: *decem coelites queis montibus summis Ripeis fodere* (inc. sat. VIII): Arimaspi enim unoculi dici uidentur, de quibus Herodotus IV 13 *Ἰσσηδόνων δ' ὑπεροικέειν* ait *Ἀριμασποὺς ἄνδρας μουνοφθάλμους, ὑπὲρ δὲ τουτέων τοὺς χρυσοφύλακας γρῦπας, τουτέων δὲ τοὺς Ὑπερβορέους κατήκοντας ἐπὶ θάλασσαν* e. q. s.

Quot saturarum libros confecerit Ennius incertum: Porphyrio in Horatii carm. I 10, 46 quattuor fuisse testatur: quod contra Donatus in Ter. Phorm. II 2, 25 e sexto fragmentum citauit. Quorum de primo et secundo nil contigit e fragmentis dispicere: tertio autem Scipionis nomen praefixi. Enim uero satura est Scipio: quod olim Lerschius Mus. Rhen. V 416 proposuit quidem, sed cum ueris falsa et inepta misceret, bonae coniecturae parum fidei comparauit. Ergo e Scipione tria fragmenta adferuntur diserte: duo septenariis trochaicis decurrentia (IV. V): quorum hoc (V) quod Gellius IV 7 tradit e 'libro qui Scipio inscribitur' depromptum dicit: unde, cum neteres quoduis carmen paulo longius librum adpellarent (cf. O. Jahnii comm. in Pers. p. 98. Petermannus de satura Ennii p. 3), non magis illis qui olim tragoediam quandam Scipionem somniarent obstaculum quam nobis qui saturam uelimus praesidium nascitur. Tertium e Scipione uersum Macrobius citauit VI 4 p. 519 Jan. *tum ferreus hastis Horret ager* [*campique armis sublimibus ardent.* Aen. XI 601 sq.]. *Horret mire se habet. Sed et Ennius in quarto decimo* [VII] *et in Erechtheo* [VI] *et in Scipione: sparsis hastis longis campus splendet et horret* (VI). Rudis admodum et insuauis si dis placet hexameter quem inri-

sisse Lucilium Seruius testatur in Aen. XI 601 *tum late ferreus hastis Horret* c. q. s.] *horret autem terribilis est: est autem uersus Ennianus uituperatus a Lucilio dicente per inrisionem debuisse eum dicere horret et algel. Vnde Horatius de Lucilio* (Sat. I 10, 54) '*non ridet uersus Enni grauitate minores.*' Etenim haec Seruii si cum illo Macrobii loco contuleris, non dubitabis opinor, quin Seruius istum quem dixi Ennii uersum significet. Vt nihil agant editores qui abusi Seruii testimonio nimis liberaliter Ennio illum Vergilii: *Horret ager campique armis sublimibus ardent* ascribant. Qui cum indignus sane inrisione sit, tum Lucilius his quae dicit *horret et algel* manifesto ad Ennii illa: *splendet et horret* adludit. Vnde si quid est in eo uersu quod emendetur, haec postrema adparet nullam omnino mutationem ferre. Id quod non satis curauit Ritterus in Ephem. antiq. Darmst. a. 1840 p. 391: qui inconsiderate Neukirchium de fab. tog. p. 46 secutus eo quem effinxit tetrametro: *spársis hastis lóngis campus spléndet horretque ét gemit* omne Lucilii ludibrium abstersit: ne quid de Macrobio dicam quem ille ipsius certe consuetudine repugnante consulto uoces quas ipse restituit omisisse opinatur. Verum si quis tamen Ennii poësim nolit hoc quasi monstro hexametri dedecorari: ea uerba ita ut traduntur Saturnium efficiunt: *sparsis hástis lóngum-cámpus spléndet et hórret.* Ac licet Saturnios qui quidem certi sint in Ennii reliquiis non detexerim, tamen quid impedit, quo minus eum in saturis maxime hoc quoque metro aliquotiens usum esse credamus? Sed hoc utut est, cum illud uicisse uidear, nariis Scipionem metris deductum fuisse: corruit quod Ritterus l. l. cupidius Scipionem esse epicum carmen defendit. Cui in ea re Hugius adsentiens illi uersui quem non posset non pro hexametro habere in annalibus sedem adsignat, ni mirum Macrobium, cum Scipionem dicat, non eo nomine insignitum carmen, sed partem annalium dicere opinatus eam quae maxime in Scipionis rebus uersetur. Sed hoc cum ambiguitatis causa uerear ut quisquam grammaticorum ausurus fuerit, tum Macrobii loco praeeunte ipso annalium titulo in primis incommodum foret.

Itaque cum iam ob uersuum quam Scipioni uindicauimus ua-

rietatem subeat de satura cogitatio — neque enim qui indolem saturae Ennianae cognorit, infandum clamabit tantae laudis uirum in satura praedicari — tum adiuuat suspitionem coniunctum quoddam Nonii Ciceronisque testimonium: quorum ille quae uerba e tertio saturarum citauit *testes sunt Lati campi quos gerit Africa terra politos*, ea e Cicerone gloriabundum de se Scipionem edidisse conligitur: de fin. b. et m. II 32, 106 *itaque beatior Africanus cum patria illo modo loquens 'desine Roma tuos hostis': reliquaque praeclare. 'Nam tibi munimenta mei peperere labores.'* et de orat. III 42, 167 *ornandi causa proprium proprio commutatum: 'desine — hostis'; et 'testes sunt campi magni.'* Haec omnia Cicero ex Ennio quem non nominat delibauit. Nec qui Ciceronem nouerit et qua ratione ueteres citare auctores soleat, multum in leuicula quae est in *campi magni* et *lati campi* uocabulis discrepantia haerebit: cum praesertim citati ab Nonio 'testes illi in Africa campi' nesciam quo aptius quam ad Scipionem referantur. Qua re cum tertium saturarum librum iam non liceat Scipionis laudibus defraudare, quid ni eidem tres e Scipione quae citantur reliquias ascribamus? Cuius saturae ego hanc mihi speciem informaui, ut poëta non omnem Scipionis uitam percurrerit, sed ob res in Africa felicissime gestas familiarem sibi ducem singulari carmine prosecutus sit.

Nexus ac sensus reliquiarum quae ad Scipionem pertinent fere in aperto est. Ita his uersibus *mundus caeli uastus constitit silentio* e. q. s. (IV) cum alii tum Ritterus intellexit Scipionis in Africam nauigationem depingi: conl. Liuio XXVIII 17 *ipse ... profectus tranquillo mari plurimum remis, interdum et leni adiuuante uento in Africam traiecit.* Fragmentum alterum *quique propter Hannibalis copias considerat* (V) fortasse locum in adparatu proelii habuit: tertium *sparsis hastis* e. q. s. (VI) ex ipso sumptum certamine. Relicua ad laudes referuntur ab ipso Scipione de se praedicatas: *desine Roma tuos hostis — nam tibi munimenta mei peperere labores — testes sunt Lati campi quos gerit Africa terra politos* (X). Quos uersus Ritterus l. l. p. 394 percommode eis inlustrauit, quae Liuius XXXVIII 50 perhibuit, Scipionem (a. u. c. 565) a Petiliis in ius uocatum *sine ulla cri-*

minum mentione orationem adeo magnificam de rebus ab se gestis exorsum esse, ut satis constaret neminem umquam neque melius neque uerius laudatum esse. dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo gesta erant, et aurium fastidium aberat, quia pro periculo, non in gloriam referebantur. Vnde ille graue argumentum petit, uersus illos a Scipione, quem non credibile sit ad hoc usque tempus perrexisse, alienos in annalibus ibi ubi progrediens narratio ad hunc locum peruenerit adpositos fuisse. At ut haec conuenire annalibus concedo, ita ne sic quidem meas quas ante exposui rationes testiumque auctoritatem euerti persuasum est. Enim uero eam quam Scipio de gloria sua habuit orationem poëta dignam habuit quam singulari carmine exprimeret: quae cum maxime in rebus Africanis uersata uideatur, ex eis haustas quasdam imagines orationi siue subiecit siue praemisit. Erexit igitur Ennius hoc tamquam amicitiae monumentum Scipioni tum temporis, cum fortasse nulla dum pars annalium prodierat. Verum ad aliud laudum genus haec fragmenta pertinent, *quam tantam statuam statuet populus Romanus Quamue columnam quae teque et tua gesta loquatur* (VII): *uel tu dictator uel equorum equitumque magister Esto uel consul* (IX) et Suidae memoria (VIII): quibus ipsum poëtam adpellanisse Scipionem adparet. Atque his nunc uereor ut recte hunc locum adsignauerim, quippe a quibus iniuria haec particula *Scipio inuicte* (Ann. IX fr. XIII) diuelli uideatur. Quae quod ex annalibus desumpta esset, eius rei Hugius id esse indicio putauit, quod Cicero hoc tamquam singulare hiatus exemplum adferret, ni mirum annalium tantum memor: quando comparem hiatum praeter annales hoc epigramma exhiberet *aspicite, o ciues, senis Enni imaginis formam* (Epigr. I). Ac Lachmannus quidem in Lucr. III 1034 istud frustulum in ipso prohoemio annalium non multum ante illud quod dixi fragmentum *quam tantam statuam* e. q. s. fuisse opinabatur. Quos uersus cum concedam olim uexu quodam cohaesisse, quibus in idem consortium addo Sat. III fr. VIII. IX, tamen de prohoemio dissentio ita, ut haec omnia malim in nono annali hoc est ibi ubi Scipionis res narrabantur conlocari: nisi forte hoc

recte sensisse Ritterus l. l. p. 394 uidetur, qui fr. IX relata morte Scipionis extulisse poëtam coniecit.

Vnicum libri saturarum quarti fragmentum adposui, cui Sotadeum numerum esse et Hugium aures docuerunt et poterant facile quemuis alium docere. Sed quod hoc loco id est inter saturas edidi, hoc meo periculo factum, siquidem periclitatur et qui alius suspitionem probat et qui suam coniecturam probare aliis studet. Nempe non e saturis adfertur locus a Macrobio Sat. VI 5 p. 527 Jan., sed e libro Sabinarum quarto. In quo primus quantum comperi haesit Columna, qui Sabinas expulit e grammatico et saturarum indicem restituit, cum nec alibi laudaretur talis inter Ennii reliquias titulus et extitisse quattuor saltem saturarum libros Porphyrionis testimonio constaret: cf. p. LXXXIV. Nec de ea re quemquam dubitaturum fuisse opinor, nisi is quem Angeli Mai industria a situ et oblitione uindicauit Iulius Victor c. 6 p. 224 Or. alter Sabinarum testis extitisset. Vt iam male mereri de Ennio uideatur, qui hoc libro poëtam defraudatum eat: cum praesertim his quae Iulio Victori debentur uerbis: *cum spolia generis detraxeritis, Quam inscriptionem dabitis?* (inc. sat. V) perapte Sabinae pugnantes contra ipsarum maritos Sabinos compellare uideantur. At uel sic uehementer displicet quattuor libris si dis placet exaratum de Sabinis carmen epicum (quid enim fuerit praeterea nisi epicum fuerit?), cuius nullum alibi indicium extet. Id quod Hugius quoque et Ilbergius senserunt: in quorum rationem tamen multum abest ut pedibus eam. Cum enim Columnae adsentiant in Sabinarum locum saturas reponenti, e Iulii Victoris testimonio praetextam quandam Sabinarum nomine inscriptam confingunt potius quam conligunt. Qua re missis illorum commentis uide num ipse rem probabilius expedinerim. Enim uero fuit olim carmen Sabinarum non peculiare quidem sed pars saturarum, ut Scipio. Quodsi saturarum quarto ascribis, Macrobii memoria *e libro Sabinarum quarto*, sine haec uera est Macrobii manus sine scioli sapientia ortum, explicatur. Quae si recte conieci, huic saturarum libro debui et alterum a Iulio Victore citatum fragmentum, quod nunc in incertis saturis (V) habetur, adsignare: in qua re illud non obstat, quod non compa-

rem hi uersus numerum exhibeant: ex hoc enim uereor ut cum aliqua probabilitate Sotadeus suscitetur· contra ex utroque leni manu possis Saturniorum particulas confingere: ⏑ ⏓ *neque ille tríste - quaérităt sinápi Neque caépe maéstum* ⏓ ⏑ et: ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ *cum spólia géneris détraxéritis Quam inscriptiónem dábitis.* Nam illud absonum est, quod quidam hic uersum nihil odorati pedestrem orationem esse opinati sunt.

Inter ipsas Ennii reliquias iure meo opinor a Gellio II 29 traditam Aesopi fabulam recepi (inc. sat. IV): quam ille ab hoc poëta quadratis uersibus compositam tradit. Ni mirum aut fallit me sensus aut ibi Gellius plus quam argumentum Enniauae saturae seruauit. Cum enim narrationi ipsos quibus poëta fabulam concluserit uersus subiciat, non tam ex Aesopo sua conuertisse quam Ennii carmen secutus contexuisse sermonem uidetur. Vt e poëta color quidam antiquitatis super sit, quem uel hae uoces ac locutiones arguere uideantur: *pulli tremibundi, trepiduli, die crastini, messim hanc nobis adiuuent, haec ubi ille dixit et discessit, obsequibilis, primo luci, nidum migrauit.* Sed haec erunt fortasse qui ipsum Gellium, quem antiquitatis robiginem inprimis deamasse constat, e suo antiquarum dictionum penu sparsisse opinentur. Esto: at quid dicant illi, si ipsorum uersuum quibus hanc fabulam Ennius contexuit reliquias quasdam ac uestigia ostendero? Nam uide num meae me aures fefellerint, cum in his quae sunt: *ét manus iam póstulare: méssim hanc nobis ádiuuent; státim dicto obœdiant: it diés et amici núlli erant; fíet nunc dubiú procul: nón metetur néque necessumst hódie uti uos aúferam*, cum in his igitur numeri quiddam trochaici mihi uisus sum percipere: atque haec ne litterula quidem immutata se prodiderunt, unde si proficisci licet, procliui emendatione adhibita aliae eiusdem numeri particulae emergunt, uel: *uós modo hoc aduértite; si quíd dicetur dénuo; út iam statim próperet inque alíum sese asportét locum:* alia. Quorum ut nihil re uera hac specie in Ennii satura fuerit, tamen tot dispersa in una narratione metri uestigia non aptius repeti quam ex ipsa Ennii poësi concedes.

Denique in incertis saturarum libris uersus quosdam recensui, quorum metrum non abhorret ab annalibus, sed quae sen-

tentia sua ab illorum argumenti granditate remoueri uidebantur, cf. fr. VII. IX. X.

Seorsum a saturis epigrammata posui, quorum duo de Scipione elata (II. III) Hugius iussit ei saturae cui nos Scipionem uindicauimus ascribi. Atque haec encomia Scipionis quamuis iam olim Pithoeus Adu. I 11 uellet cum sat. III fr. X conecti, tamen quid inpediebat poëtam quo minus extra longioris carminis tenorem singula quaedam epigrammata luderet? In transcursu moneo hanc ex epigrammatis sententiam *nemo me lacrumis decoret nec funera fletu Faxit, cur? uolito uiuus per ora uirum*, uideri e Mimnermo poëta elegiaco depromptam. Meliorem enim Cicero (Cat. mai. 20. 73 et Tusc. disp. I 49, 117) ait illam Ennii orationem esse quam Solonis *mors mea ne careat lacrumis: linquamus amicis Maerorem ut celebrent funera cum gemitu.* Nempe ita conuertit Cicero Solonis elegium quod Graece legitur apud Plutarchum in comp. Solonis et Publicolae 1 *τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε· μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι Ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.* Mimnermi distichum, cui haec Solo respondit, non extat, cuius sensum tamen haud dubie Ennius expressit: ut Cicero pro Mimnermo Romanum poëtam Soloni componere potuerit. Cf. Nic. Bachii Quaest. elegiac. (Fuldae 1839) p. 5.

Sotam Ennium scripsisse Varronis (de L. L. V 62 M.) Festique (p. 356 M.) consensus euicit: cum olim de Asoto cogitarent et Scaliger in Varronem et Festum Sotadica intulisset. De nomine carminis haec O. Muellerus ad Festum p. 413 adnotauit: 'Sota Graece est *Σωτᾶς*, nota hypocoristici forma pro pleniori *Σωτάδης* positum, ut *Ἀλεξᾶς* pro *Ἀλέξανδρος* et multa ad eundem modum formata.' Sotades poëta, quode Bernhardyum adi Litt. Graec. II p. 920, apud ueteres acerrimis salibus et iacta in omnem aequalium prauitatem cauillatione qua ne reges quidem excipiebat insignis. A qua seueriore morum censura cum Ennius omnino quod supra tetigi abstinuisse uideatur, tum modum ac munus Sotadis ualde ab hoc poëta alienum existimo. At cum Sotades, quod e reliquiis maxime ab Ioanne Stobaeo seruatis adparet, multifariam poësim suam

dictis ac praeceptis de moribus distinxisset, Ennium credibile est inde huius generis quae usui viderentur, expiscatum esse: quamquam certius iudicare tam Ennii quam Sotadis reliquiarum tenuitas non sinit. Fragmenta tam certa quam probabili coniectura huc relata metro Sotadico conscripta: at nec solius metri causa hoc nomen carmini inscriptum, nec huius numeri uersus Enniani omnes iure ad hoc poëma referuntur: quod Hugius noluit: qui cum eum quem in quarto saturarum adposui metro Sotadeo descripsisset, in hac satura, quam non diuersam a Sota habuit, quidquid ex Ennii Sotadeorum citatur conlocari iussit. Quod cur probare nequeam, ibi dixi ubi de illo saturarum libro exposui: atque ut fuerit Sota pars saturarum, non est cur tam arte in hoc poëta eius numeri usum circumscribamus, quem postea multi poëtae non in saturico tantum genere adhibuerunt.

Ad saturas nescio an recte referantur Praecepta siue Protrepticus: nam quod et Hugius uidit et ipse statim coniecci, sic dupliciter poëta et Latine et Graece unum librum inscripsit: de cuius indole libri ac materia plane caecutio. Fragmento altero Columna p. 191 non inepte putat 'comparatione ex agricolae diligentia ducta poëtam monuisse corruptos pranosque adulescentium mores, antequam firmiores in teneros eorum animos radices agant et maius temporis diuturnitate suscipiant incrementum, suasionibus minis uerberibusque funditus esse extirpandos: quod quidem prudens pater familias non minori sedulitate efficere debeat quam expertus agricola, qui ubi uidet auenam lolium crescere inter triticum selegit secernit aufert sedulo.'

Heduphagetica uerum esse huius carminis indicem Florentinus Appulei persuadet: pro quo olim *Phagetica*, *Phagesia*, *Hedypathica*, *Hedypathetica*, alia ferebant. In eo carmine Ennius piscium censuram egit Archestratum Gelensem secutus, de quo uide Bernhardyum Litt. Graec. II p. 927. Archestrati carmen ab aliis alio titulo (uelut γαστρονομία, ἡδυπαθεία, δειπνολογία, ὀψοποιΐα) olim laudatum esse Athenaeus testatur, idem cui reliquias quasdam e uersibus Archestrati debemus. Quae quidem Ennium in singulis propius secutum esse Archestrati uestigia

ostendunt. Vel haec τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὀστρεῖα δ' Ἄβυδος. Τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη, Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει cum his Ennianis compone: *mures sunt Aeni, spissa ostrea plurima Abydi. Est pecten Mitylenae* e. q. s. et πώλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι Καὶ Κέρκυρα τρέφει πολλοὺς μεγάλους τε τὸ πλῆθος cum Ennii: *polypus Corcyrae, caluaria pinguia acarnae, Purpura muriculi murex, dulces quoque echini.* De finibus autem ac consilio carminis Enniani nihil licet ex uno quod Appuleius tradidit fragmento conligere: nec illud confidentius adfirmarim partem saturarum esse, licet Varro in saturis περὶ ἐδεσμάτων egisse tradatur. At uersus Enniani multifariam ac foede cum librariorum incuria tum socordia editorum deprauati circumferebantur: qui quidem quamlibet hexametrorum licentiam, cuius alibi nec uola nec uestigium adparebat, his uersibus concedere non dubitarunt. Quam ego licentiam omnem expuli confidenter, adeo ne audaciam quidem aliquam cum ratione adhibitam reformidans: in quo uereor ut prospere omnis mihi emendatio cesserit: modo illud effecerim, ut ne quis illa certa atque intacta praedicet.

CAPVT VIII

Restant duo libri Enniani, de quibus breuissime expromere sententiam placet. Epicharmus (nam is est alter eorum librorum) iam dubitari nequit quin uno metro trochaico perscriptus fuerit, cum et omnes qui citantur ex Epicharmo uersus hunc numerum prodant, et eos quos olim hic circumferebant hexametros nobis persuaserimus ex annalium exordio desumptos esse: cf. p. XXII sq. Sed eis remotis eo difficilius est de indole carminis deque ea ratione, quae Ennium inter et Epicharmum intercesserit, iudicare. Nam quod Ennium siue dispersa in Epicharmi comoediis philosophe dicta compilasse siue ab aliis institutam Epicharmearum sententiarum conlectionem adhibuisse siue denique singularem Epicharmi περὶ φύσεως librum conuertisse arbitrati sunt, eorum nihil est quod aliquo reliquiarum adsensu comprobetur. At Ennius etiam si quaedam ab Epicharmo

repetiuerit, tamen non tam Siculi philosophiam quam eam cui ille se addixerat Pythagoream sectatus est. Etenim huic philosophiae, quam Romani antiquitus receptam studiosius colebant, Ennius quoque, quod exordium annalium arguit, praecipue se dederat. Qua re non quo argumenti originem indicaret, quam quod Epicharmus eximius scholae Pythagoreae sectator habebatur, hoc ei carmini nomen inscripsit. Cf. L. V. Schmidtii Quaest. Epich. p. 53. Quae mihi sententia eo magis probatur, cum Ennius in hoc carmine Epicharmum, siue is interlocutor fuit siue unus omnia disputauit, loquentem uideatur induxisse. Hoc enim indicare mihi Varro uisus est, qui de L. L. V 59 M. de hoc carmine *itaque* inquit *Epicharmus de mente humana dicit* (VI) et V 68 M. *hinc Epicharmus Enni Proserpinam quoque adpellat* (VIII).

Eo libro, quem poëta Euhemeri nomine insigniuit, Euhemeri, quo de Krahnerus de causis corr. relig. Rom. p. 37 accurate disputauit, sacram historiam, ut Cicero ait (de nat. deor. I 42, 119), 'interpretatus et secutus est.' Reliquias inde unius Lactantii paganorum ineptias confutandi studium seruauit, stilo pedestri exaratas, sed ita ut multum abhorrere ab aetate Ennii uideantur, quem ego prosa oratione omnino usum esse difficile concedam. In qua causa nihil nos Varronis loco de re rustica I 48 adiuuamur, apud quem non quod uulgabatur *in Euhemeri uersibus*, sed *in Euhemeri libris uersis* optimi libri auctoritate confirmatur. Cf. Politiani Misc. c. 35. Eum autem uersum quem sine libri indicio Nonius p. 216, 29 citauit (Ann. I fr. XXV) supra monui p. XXVI cur ab Euhemero alienum ducam. Verum enim uero cum Columella IX 2 *poëtam Euhemerum* (V) laudauisse Ennii memor uideatur, tum res conficitur opinor inuento Ilbergii mei, qui delitescentes sub Lactantii uerbis tetrametrorum particulas suscitauit. Vide igitur quos ille e fr. XII uersus descripserit: *Iúppiter postquam ómnes terras circuiuit quin quiens* | *Omnibusque suis amicis átque cognatis suis* | *Imperia expendit, reliquit léges, mores áddidit,* | *Frúmentum paráuit alia que ínmortali glória* | *Múlta fecit.* et e fr. VIII *Iúppiter Neptúno imperium pónti dat, ut in insulis* | *Quaécue secus pontúm loca*

essent, is regnaret ómnibus. et e fr. IX *Si quis quid noui inueniebat, uitae quod mortálium | Útile esset, eó ueniebat átque ostendebát Ioui.* Qui uersus licet seueriorem censuram aegre sustineant, id tamen indicant, non meram ibi ac primitiuam prosam orationem haberi. Cui rei accedit, quod in illis Lactantii dignissimae quaedam Ennio locutiones dispersae sunt: uelut hoc quod est in fr. VII *montem qui uocatur caeli stela:* quando hunc poëtam constat non infrequenter suam orationem Graecis uocibus distinxisse, qualia sunt: *termo* Ann. 470. 471; *agea* Ann. 484; *spira* Ann. 501; *aethra* Ann. 418; *lychnus* Ann. 328, alia. Atque illa familiaris est Ennio quam p. XX tetigi consuetudo explicandi Latine si quid insolentius aut Graece protulerit: ut *musas quas Grai memorant, nos Casmenarum* Ann. 2; *sophiam sapientia quae perhibetur* Ann. 227; *uento quem perhibent Graium genus aëra lingua* Ann. 149; *Ennius dicit Nihum Melonem uocari, Atlantem uero Telamonem* Ann. I. fr. XXVIII. Quibus similia ex Euhemero sunt: *Pluto Latine est Dis pater: alii Orcum uocant* Euh. 20; *in eo loco suspexit in caelum quod nunc nos nominamus, idque Iuppiter quod aether uocabatur precans primum caelum nominauit* Euh. 33; *Ζᾶν Κρόνου id est Latine Iuppiter Saturni* Euh. 74. Quin etiam adlitteratio in his *Curetes filii sui curauerunt* Euh. 71 mihi uisa est speciem quandam Ennianam habere. Qua re falluntur qui Lactantium, cum per Ciceronem talem Ennii librum olim fuisse nouisset, quo maior suae doctrinae auctoritas adderetur, ipsum sua manu confinxisse quae pro Ennianis uenditaret arbitrantur. Nam quod uerbis Ciceronianis Ennium Euhemeri sacram historiam ‘interpretatum esse atque secutum’ dicit (fr. VIII), quid mirum in tam diligenti Ciceronis lectore? Verum tamen ipse ignorasse uidetur Ennii librum, quem ineptiis poëtarum opponat (fr. III. XII), uersibus conscriptum fuisse, quantumuis alibi se Ennii uerba traditurum profiteatur, cf. fr. III. VIII. Inde suspitio nata Ennii uersus antiquitus nescio quem in orationem pedestrem conuertisse, conuersos suum in usum uocasse Lactantium.

ANNALIVM RELIQVIAE

LIBER I

I *

Varro de re rustica I 1, 4 'et quoniam ut aiunt dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos nec ut Homerus et Ennius Musas sed XII deos consentis.'

II *

Musae quae pedibus magnum pulsatis Olimpum

III **

Musas quas Graj memorant, nos Casmenarum

IV

Latos per populos terrasque poënata nostra
Clara cluebunt.

LIBER I II Varro de L. L. VII 20 M. 'Enni: Arcopagitae quidem' e. q. s. 'Musae' e. q. s. 'caelum dicunt Graeci Olympum, montem in Macedonia omnes' e. q. s. (hermi Par. b. Ennii ceteri) Seruius in Aen. XI 660 'pulsant: Ennius ad Musas: quae' e. q. s. III Varro de L. L. VII 26 M. 'cornua a curuore dicta, quod pleraque curua. Musas' e. q. s. 'Casmenarum priscum uocabulum ita natum ac scriptum est' e. q. s. (camenarum Flor. camerarum Goth. Par. a, om. Haun. camenarum Par. b) Ennio Scaliger tribuit: cum superiore coniunxit Merula IV Probus p. 1401 P. (57 Liud.) 'uentro genere in casibus supradictis' (sc. nom. et acc.) 'sine ambiguitate breuis est' (sc. a littera) 'Graecis La-

---

1 muse *Flor.* Olimpum *Flor.* Olympum *ceteri Varronis, Seruius* 2 curua. Musas quas *Scaliger.* curuamus (curuanus *Par. a*) ac (at *Haun.* ad *Par. b*) quas (quae *Par. a b*) *libri.* curua. Musae quas *Spengelius* Graj *om. libri.* memorant Grai *O. Muellerus* memorat *Haun.* nos Casmenarum] nosce nos ẽ *Flor.* nosce nos esse *Par. a b.* nosse nos esse *Goth.* nosse esse *Haun.* Casmenarum *add. Spengelius.* nos nomine Casmenarum *O. Muellerus.* nos cienus sas Casmenas *A. Kochius Exerc. crit. Bonnae* 1851 *p.* 5 3 latos per populos *scripsi cum H. Ilbergio.* nam latos populos *Probus* terrasque *H. Ilbergius.* res atque *Probus* 4 clara *H. Ilbergius,*

V *

Fronto Epist. I 3 p. 8 ed. Rom. 'transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex somno et ex' (om. Nieb.) 'somnio initium sibi' (scribendi em. L. Schopenus) 'fecisse.'

VI **

. . . somno leni placidoque reuinctus

VII *

. . . . uisus Homerus adesse poëta.

VIII *

Ei mihi qualis erat

IX *

Lucretius I 116 'ignoratur enim quae sit natura animai . . . An pecudes alias diuinitus insinuet se, Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam, Per gentis Italas hominum quae clara clueret; Etsi praeterea tamen esse Acherusia templa Ennius aeternis exponit uersibus edens, Quo neque permanent animae neque corpora nostra, Sed quaedam simulacra modis pallentia miris; Vnde sibi exortam semper florentis Homeri Commemorat speciem lacrimas effundere salsas Coepisse et rerum naturam expandere dictis.'

tinisque nominibus . . . Ennius in primo ann. . . .' (ann.] nam Probus) VI Fronto Epist. IV 12 p. 110 ed. Rom. 'si quando te somno leni, ut poëta ait, placidoque reuinctus nideo in somnis, numquam est quin amplectar et exosculer . . . . hoc unum ex annalibus sumptum amoris mei argumentum poëticum et sane somniculosum.' VII Cicero Acad. pr. II 16, 51 'num censes Ennium cum in hortis cum Seruio Galba ambulauisset dixisse: uisus sum mihi cum Galba ambulare? At cum somniauit, narrauit: uisus' e. q. s. Ibidem II 27, 88 'dormientium et uinulentorum et furiosorum uisa inbecilliora esse dicebas quam uigilantium siccorum sanorum. Quo modo? quia cum experrectus esset Ennius non se uidisse Homerum, sed uisum esse.' Cf. idem de re p. VI 10, 10 'fit enim fere ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet saepissime uigilans solebat cogitare et loqui.' VIII Seruius in Aen. II 274 'ei mihi: Ennii uersus.' Ad

---

om. Probus cluebunt *J. Dousa apud Merulam.* cluebant *Probus*
6 in somnis mihi *add. Merula, conl. Verg. Aen. II* 270

X*

O pietas animi

XI*

Quae caua corpore caeruleo cortina receptat.

XII*

Oua parire solet genus pinnis condecoratum
Nou animam: et post inde uenit diuinitus pullis
Ipsa anima

XIII*

terraque corpus
Quae dedit ipsa capit neque dispendi facit hilum

Enuinm partem tantum uersus Vergiliani rettuli cum H. Ilbergio X Cicero Acad. pr. II 27, 88 'nisi uero Ennium non putamus ita totum illud audiuisse: o' e. q. s. 'si modo id somniauit, ut si uigilans audiret.' Donatus in Ter. Enn. III 5, 12 'o festus dies hominis (amice, salue): pro homo festi diei. Sic dicitur etiam scelus homo. Ennius: o' e. q. s. XI Varro de L. L. VII 48 M. 'apud Ennium: quae' e. q. s. 'caua cortina dicta, quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis.' XII Varro de L. L. V 59 M. 'haec duo caelum et terra, quod anima et corpus. Vmidum et frigidum terra, sine oua . . . animam, ut ait Ennius, et post' e. q. s. Diomedes I p. 378 P. 'apud ueteres parire dictum reperimus, ut apud Ennium: oua' e. q. s. (enium Par. b) Priscianus VIII p. 802 P. (I p. 384 K.) (pario) 'quartae coniugationis . . . Ennius: [10]' Idem X p. 880 P. (I p. 177 K.) (parire) 'secundum quartam coniugationem . . . Ennius: [10]' Idem X p. 905 P. (I p. 503 K.) (pario) 'secundum quartam coniugationem . . unde Ennius: [10]' Cf. Lucretius I 116 (IX) Exordio annalium uindicauit et hoc et quod insequitur fragmentum Bergkius de prooem. Emped. p. 31 XIII Varro de L. L. V 60 M. 'recte igitur Pacuuius quod ait: animam aether adiugat, et

---

8 amice *Gand. et edd. ueteres Donati* 9 quaeque (queq; *Flor.* quoque *Par. b*) in corpore (cõper *Par. b*) causa (eam *Haun.* cã *Par. b*) ceruleo (coeruleo *Haun.* cernolo *Par. b*) felo (felo *Flor.* foedo *Goth. Haun.*) orta nare (mare *Haun. Par. a*) ceptat (coeptat *Goth.* cepit *Par. b*) *libri. emendauit O. Muellerus: qui tamen de corruptelae ratione uerum non assecutus est.* corpore caeruleo caua quae c. r. *Turnebus Adu. VI* 20. caua quaeque in Corpore caeruleo caeli c. r. *ibidem XXIII* 16. quaeque freto caua caeruleo c. r. *Scaliger* 10 parere *Flor. Haun. Par. a b Varronis* solent *Par. a b Monac. Diom., rel. om.* pinnis *Halberst. Prisc. p.* 802 *Reg. Bern. Halberst. p.* 905. pinnis *Reg. p.* 802 *Reg. Bern. p.* 880. pennis *ceteri* 11 animam *Flor.* animas *ceteri* et post *Ennio continuauit Lachmannus ad Lucr. I* 117 13 terraque corpus *Bergkius* 14 ipsa *Scioppius.*

XIV *

15 . . . . . memini me fiere pauum.

XV *

Lunai portum, est operae, cognoscite ciues.

XVI *

Cum ueter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo

Ennius terram corpus quae dederit ipsam capere neque dispendi facere hilum.' (esse terram Haun. dederit Scaliger. deperit Flor. Par. a b. peperit Goth. Haun.) Ibidem V III M. 'hila ab hilo dicta, quod ait Ennius: neque' e. q. s. Ibidem IX 54 M. 'sed in nihil uocabulum recto casu apparet in hoc: quae' e. q. s. 'quod ualet nec dispendii facit quicquam.' XIV Charisius I p. 75 P. (55 Lind.) 'pauos et pauo. Ennius: memini' e. q. s. Donatus in Ter. Andr. II 5, 18 'memini nidere pro nidisse. Ennius: memini' e. q. s. Idem in Ter. Adelph. I 2, 26 'fieret producta prima syllaba. Ennius: memini' e. q. s. Idem in Ter. Phorm. I 2, 24 'et sic dixit: memini reliqui, ut in Andria: memini me uidere. Et: memini' e. q. s. 'Ennius.' Tertullianus de an. c. 33 p. 336 D Rigalt. 'pauum se meminit Homerus Ennio somniante.' Ibidem c. 34 p. 337 B Rigalt. 'sed necessarie hanc quoque speciem intulimus et exclusimus, ut superioribus cohaerentem, quo perinde in pauo retunderetur Homerus, sicut in Pythagora Euphorbus.' Cf. eundem de resurr. c. I p. 379 B Rigalt. Porphyrio in Hor. Ep. II 1. 50 'Ennius in principio annalium suorum somnio se scripsit admonitum quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in suum corpus uenisset.' Schol. in Persii Sat. prol. 2 'nec in bicipiti somniasse Parnasso . . . tangit autem Ennium qui dicit se uidisse somniando in Parnasso Homerum sibi dicentem, quod eius anima in suo esset corpore.' Cf. Acro in Hor. Carm. I 28, 10. Ep. II 1, 50. Schol. in Stat. Theb. III 484 XV Persius Sat. VI 9 'Lunai' e. q. s. 'Cor iubet hoc Enni postquam destertuit esse Maeonides Quintus pauone ex Pythagoreo.' Schol. ad h. l. 'sic enim ait Ennius in annalium suorum principio, ubi se dicit nidisse in somnis Homerum dicentem, fuisse se quondam pauonem, et ex eo translatam esse animam in se' e. q. s. XVI Priscia-

---

ira *libri.* illa *Scaliger* capit *Scaliger.* caput *libri* dispendii *Flor. V* III 15 fiere *scripsi cum H. Ilbergio conl. X fr. XV.* fieri *exemplaria* meminit me (m̃e *cod.*) f. pauum *cod. et ed. pr. Charisii. Donati Andria:* memini me quum f. panum *Pith.* me mi ni me quam f. pauum (pauidid *Par. b*) *Par. a b.* memini me q̃ f. pauidum *Gaud. Lugd. cum edd. uet. Adelphis:* me minime f. pauum *Par. a Lugd.* minime nomine (*uel* noĩe) f. pranum (*uel* paruum) *plerasque edd. uet.* minime f. prauum me *ed. Mediol. Phormione:* memini me f. parumm (puum *Lugd.*) *Gaud. Lugd. cum edd. uet.* quom memini fieri me pauom *Merula.* commemini fieri me pauom *e Charisio citans Scaliger Coni. p.* 26 16 Luni *Montep. Vat.* practum est opere cognoscere *Laureshem.* 17 uter *fragm. Paris. cod.* 7530 pelasc̃o *Bern.* phelargo *Lugd.*

XVII *

Doctusque Anchisa, Venus quem pulcherrima dium
Fata docet fari, diuinum ut pectus haberet

XVIII

Tu uero face quod tecum precibus pater orat

XIX

Transnauit cita per teneras caliginis auras.

XX

Constitit inde loci propter sos dia dearum.

XXI

Est locus Hesperiam quam mortales perhibebant

nus III p. 607 P. (I p. 118 K.) 'ueterrimus quasi a ueter positiuo . . . Ennius: cum' e. q. s. (ennius Reg.) Aldhelmus de re gr. et metr. (A. Mai auct. class. V 577) 'antiquissimi non uetus sed ueter, ut Ennius: cum' e. q. s. XVII Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 14 Keil. 'poëta Ennius Anchisen augurii ac per hoc diuini quiddam habuisse praesumit sic: doctusque' e. q. s. Schol. Veron. in Aen. II 687 p. 90 Keil. 'peritum multarum disciplinarum Anchisen fuisse —— ssunt Naen[ius] — | qui ita de eo ait: doctus' e. q. s. Cynthius Cenetensis in Aen. II 687 (A. Mai auct. class. VII 386) 'Anchises uates fuit auctor diuinandi. Ennius: doctusque' e. q. s. XVIII Festus p. 198 M. 'orare antiquos dixisse pro agere testimonio ... Ennius quoque quom dixit in I. I annalium . . .' XIX Philargyrus in Georg. IV 59 'nare pro uolare ait Ennius in primo . . .' XX Festus p. 301 M. 'sos pro eos antiqui dicebant ut Ennius li. I . . .' (li. I cod. teste H. Keilio Mus. philol. VI 624. li. II O. Muellerus) Paulus p. 300 M. 'sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius: constitit' e. q. s. XXI Macrobius Sat. VI 1 p. 499 Jan. 'est locus, Hesperiam Graj cognomine dicunt. [Aen. I 530] Ennius in primo . . .' (Ennius . . . perhibebant om. Par.) Seruius in Aen. I 530 'est autem carmen Enniamum: is enim ita ait: est' e. q. s.

---

18 doctusque Anchisa *Fleckeisenus.* doctus Anchisa *Schol. Veron.* doctusque Anchises *Cynthius.* doctusque Anchisesque *Probus.* atque Anchises doctus *Scaliger Coni. p.* 29 uenis *Cynthius, rel. om.*

pulcherrima dium *Fleckeisenus.* pulcherrima diu *Schol. Veron.* pulcherrima dinum *A. Mains.* pulchra dearum *Probus* 19 fata docet fari d. ut p. haberet *J. Bernaysius Mus. philol. VI* 374 fata docet d. ut p. haberet *Schol. Veron.* fari donauit d. p. habere *Probus*

20 tu uero face] facere uero *Festus.* tu face uero *A. Augustinus.* face uero *in fine uersus superioris Columna* tecum *Merula, Handius Tursell. II* 148. te cum *Festus, quod O. Muellerum fefellit* 22 dia dearum *A. Augustinus.* dea diarum *Festus, Paulus*

XXII *

Quam prisci casci populi tenuere Latini

XXIII *

. . . . . late Saturnia terra

XXIV *

Saturno

Quem Caelus genuit

XXV *

Cum saeuo obsidio magnus Titanu' premebat

XXVI

Iuppiter ut muro fretus magis quamde manus ui

XXVII

Qui caelum uersat stellis fulgentibus aptum.

XXII Varro de L. L. VII 28 M. 'caseum uetus esse significat Ennius quod ait: quam' e. q. s. Cicero Tusc. disp. I 12, 27 'itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos caseos appellat Ennius, esse in morte sensum' e. q. s. Hieronymus Epist. ad Niceam p. 342 Migu. 'nam et rudes illi Italiae homines, quos caseos Ennius appellat' e. q. s. XXIII Varro de L. L. V 42 M. 'hunc' (h. e. Capitolium) 'antea montem Saturnium appellatum prodiderunt et ab eo late Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat.' Enniana uerba ab late incipere H. Ilbergius intellexit XXIV Nonius p. 197, 9 'caelum neutro. masculino Lucretius ... Varro ... Ennius: fortis Romani quamquam caelus profundus. Idem: Saturno' e. q. s. Charisius I p. 55 P. (40 Lind.) 'caelum hoc cum sit neutrum, etiam masculine neteres dixerunt, ut Ennius: quem' e. q. s. Epicharmi Scaliger Coni. p. 180, Euhemeri Krahnerus de corrupt. relig. Rom. p. 40 hunc uersum esse ut proximum suspicatur XXV Nonius p. 216, 29 'obsidio feminino .... neutro Ennius: cum' e. q. s. XXVI Festus p. 261 M. 'quamde pro quam usos esse antiquos cum multi ueteres testimonio sunt, tum Ennius in primo ...' (tum Ennius Vrsinus. tamen huius cod.) XXVII Macrobius Sat. VI 1 p. 498 Jan. 'axem umero torquet stellis ardentibus aptum. [Aen. IV 482] Ennius in primo ...' (libro VI° Salisb.) Eundem uersum uidetur Isidorus respexisse de rerum natura XII 'nam quod ipsi dicitur: qui uoluis orbem stellis ardentibus refulgentem,

24 tenuere *Columna.* genuere *libri* 27 genit *Scaliger.* genuuit *Merula* 28 saeuo *Junius.* suo *libri.* sis *Krahnerus* magnum *Merula* Titanu' *Merula.* Titanum *libri.* Titana *Junius* 29 quamde manus ui *Scaliger.* quã deman' impe *cod.* (*h. e.* quamde manus ui. idē). quamde manu stat *Lambinus.* quamde manu sa Imperat *O. Muellerus*

XXVIII *

Seruius in Aen. I 741 'sane Atlas Graecum est, sicut et Nilus. Nam Ennius dicit Nilum Melonem uocari: Atlantem uero Telamonem.' Ibidem IV 246 'sane Latine Atlas Telamon dicitur, sicut Nilus Melo.'

XXIX *

Assaraco natus Capis optimus isque pium ex se
Anchisen generat

XXX

Accipe daque fidem foedusque feri bene firmum.

XXXI *

Olli respondit rex Albai longai

XXXII *

Quos homines quondam Laurentis terra recepit.

XXXIII *

Seruius in Aen. VI 778 'ergo auo se addet comitem: aut auito se iunget imperio, aut certe secundum Ennium referetur inter deos cum Aenea. Dicit namque Iliam fuisse filiam Aeneae; quod si est, Aeneas auus est Romuli.' Ibidem I 273 'Naeuius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt.' Cf. Niebuhrius Hist. Rom. I 233 ed. 3. F. Ritterus Mus. philol. II 482.

nonne diuina prouidentia' e. q. s. XXIX Philargyrus in Georg. III 35 'per Assaracum Troianos dicit. Nam Assaracus auus Anchisae. Ennius: Assaraco' e. q. s. XXX Macrobius Sat. VI 1 p. 499 Jan. 'accipe daque fidem: sunt nobis fortia bello Pectora. [Aen. VIII 150] Ennius in primo...' Cf. Porphyrio in Hor. Carm. III 24, 50 'bene pro malde positum, ut apud Ennium frequenter.' XXXI Atilius Fortunatianus p. 2691 P. (340 G.) (hexameter) 'minimus habet XII' (se. syllabas) 'ut est Enniamus: olli' e. q. s. Donatus de barbarismis p. 1772 P. (30 Lind.) 'διαίρεσις . . . ut: olli' e. q. s. Pompeius Donati comment. p. 448 Lind. 'nam diaeresis est Albai longai pro eo quod est Albae longae.' Idem exemplum irrepsit in edd. aliq. neteres Isidori Orig. I 31 Seruius in Aen. XI 236 'olli illi secundum Ennium.' XXXII Priscianus VII p. 762 P. (I p. 332 K.) 'Laurentis' (Laurentius Sang.) 'etiam pro Laurens dicebant. Ennius in

33 ferusque *Neap.* 35 Laurentiŭs *Bern.* recepit *Bern.*

XXXIV *

Excita cum tremulis anus attulit artubus lumen,
Talia commemorat lacrimans, exterrita somno:
'Eurudica' prognata, pater quam noster amauit,
Vires uitaque corpus meum nunc deserit omne.
Nam me uisus homo pulcher per amoena salicta
Et ripas raptare locosque nouos: ita sola
Postilla, germana soror, errare uidebar
Tardaque uestigare et quaerere te neque posse
Corde capessere: semita nulla pedem stabilibat.
Exin compellare pater me uoce uidetur
His uerbis: "o gnata, tibi sunt ante ferendae
Aerumnae, post ex fluuio fortuna resistet."
Haec ecfatus pater, germana, repente recessit
Nec sese dedit in conspectum corde cupitus,
Quamquam multa manus ad caeli caerula templa
Tendebam lacrumans et blanda uoce uocabam.
Vix aegro cum corde meo me somnus reliquit.'

XXXV **

Ouidius Trist. II 259 'sumpserit annales; (nihil est hirsutius illis;) Facta sit unde parens Ilia nempe leget.'

annalibus: quos' e. q. s. XXXIV Cicero de diu. I 20. 40 'nunc te ad fabulas reuoco uel nostrorum uel Graecorum poëtarum. Narrat enim et apud

---

36 eteita *Vind.* tremulus *Erl.* attulit] attu *Vind.* 37 tum memorat *Vind.* 38 erudica *Erl.* eurydica *Vind.* 39 uilaæque *Vind.* 40 amena *Erl.* 46 hijs *Erl.* o gnata *libri aliq. Orellii, Manutius, Lambinus.* cognata *Vind.* sunt ante tibi cognata *Erl.* ferundae *Davisius, Foertschius Quaest. Tull. part. II (Numb. 1846) p. 15.* gerendae *Vind.* gerenda *Erl.* 47. 48 *inuerso ordine legutur in Vind. Erl., transposuit e codd. Davisius* 47 erumne *Erl.* resistet] recessit *Erl.* 48 hec *Erl.* efatus pater *Vind.* pater effatus *Erl.* 50 manas *Erl.* 51 lacrumans *Vind.* lacrimans *Erl.* blande *Erl.* 52 cum *Vind.* tum *Erl.* somn' *Vind.* (e *m. alt. superscriptum*) sonus *Erl.* relinquit *Vind.* (s *m. alt. add.*)

XXXVI

Te sale nata precor Venus, te genetrix patris nostri,
Vt me de caelo iuisas cognata parumper.

XXXVII

Teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto.

XXXVIII *

Porphyrio in Hor. Carm. I 2, 18 'Ilia auctore Ennio in amnem Tiberim iussu Amulii regis Albanorum praecipitata est.'

XXXIX *

Ilia dia nepos quas aerumnas tetulisti.

XL *

. . . . . cetera quos peperisti
Ne cures

XLI *

. . . . . ut Ilia reddita nuptum

XLII

Haec ecfatus: ibi latrones dicta facessunt.

Ennium Vestalis illa: excita' e. q. s. XXXVI Nonius p. 378. 16 'parumper cito et nelociter. Ennius annali lib. I . . .' XXXVII Macrobius Sat. VI 1 p. 499 Jan. 'tuque o Thybri tuo genitor cum flumine sancto. [Aen. VIII 72] Ennius in primo . . .' XXXIX Charisius I p. 70 P. (50 Lind.) 'neptis grammatici nolunt dici . . . . et aduocant Ennium, quod dixerit ita: Ilia' e. q. s. Nonius p. 215, 8 'nepos dici et femina potest Ennio auctore, quae nunc neptis dicitur: Ilia' e. q. s. Festus p. 286 M. 'recto fronte . . . . . antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque: a stirpe supremo, et Ilia dia nepos.' XL Seruius in Aen. IX 656 'cetera deinceps: et est aduerbium i. e. in ceterum: est autem Ennianum: cetera' e. q. s. Cum superiore coniunxit Merula, qui tamen quod uerum est non perspexit XLI Seruius in Aen. III 333 'reddita more neteri pro data accipiendum, re ergo abundat. Ennius in annalibus: ut' e. q. s. XLII Nonius p. 306, 23 'facessere est facere. Ennius annalibus lib. I . . .'

---

53 sale nata] saneneta *libri*. nunc sancta *Columna*, *Merula*. dea sancta *H. Ilbergius*. *Cf. Ausonius epigr.* 33 *et Plutarchus Symp. V* 10, 4 *οἶμαι δὲ καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἁλιγενῆ τοὺς ποιήτας προσαγορεύειν* Venus et *libri* 55 Tyberine *Anglic. Med.* Xanto *Salisb.* 56 Ilia da *Nonius* neplis *Leid. Nonii* erumnastetuli[st] *cod. Charisii.* erumnas netulisti *Nonius* 59 ad illa r. u. '*e Seruio Danielis*' *Merula* 60 ecfatus: ibi] et fata sibi *Bern. b.* et fatus ibi-

XLIII *

. . . . . caenacula maxima caeli

XLIV *

bipatentibus

XLV *

Iuno Vesta Minerua Ceres Diana Venus Mars
Mercurius Iouis Neptunus Vulcanus Apollo.

XLVI *

Respondit Iuno Saturnia sancta dearum.

XLVII **

Vnus erit quem tu tolles in caerula caeli
Templa

XLIII Tertullianus adu. Valent. c. 7 p. 291 D Rigalt. 'primus omnium Ennius poëta Romanus caenacula maxima caeli simpliciter pronuntiauit de elati situs nomine uel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum.' Schol. Veron. in Verg. Aen. X 1 p. 102 Keil. 'Ennius non tantum domum, sed etiam cenaculum caeli.' Ad hoc deorum consilium et hoc et proximum fragmentum ed. Lips. rettulit XLIV Seruius in Aen. X 5 'bipatentibus: physice dixit. nam caelum patet ab ortu et occasu. Est autem sermo Ennianus tractus ab ostiis, quae ex utraque parte aperiuntur.' XLV Appuleius de deo Socr. c. 2 p. 121 Oud. 'quorum in numero sunt illi duodecim numeroso situ nominum in duos uersus ab Ennio coartati: Iuno' e. q. s. Martianus Capella I p. 15 G. (89 K.) 'tunc etiam ut inter alios potissimi rogarentur ipsius collegae Iouis, qui bis seni cum eodem Tonante numerantur quosque distichon complectitur Ennianum: Iuno' e. q. s. Hic ascribit Merula XLVI Seruius in Aen. IV 576 'sancte deorum secundum Ennium dixit: respondit' e. q. s. Donatus de barbarismis p. 1769 P. (27 Lind.) (soloecismus) 'per comparationes sicut: respondit' e. q. s. 'pro sanctissima.' Pompeius Donati comment. p. 435 Lind. (soloecismus) 'per comparationem: respondit' e. q. s. Claudius Sacerdos I p. 28 Endl. (soloecismus) 'per gradus conlationis, hoc est comparationis, ut est Saturnia pulchra dearum pro pulcherrima.' Huc rettulit Merula XLVII Varro de L. L. VII 6 M. 'dicam in hoc libro de uerbis quae a poëtis sunt posita — incipiam hinc: unus' e. q. s. Cf. Ouidius Met. XIV 812 'tu mihi concilio quondam praesente deorum (Nam memoro memorique animo pia uerba notani) Vnus erit quem tu tolles in caerula caeli Dixisti: rata sit uerborum summa tuorum.' Idem Fast. II 485 'redde patri natum: quamuis intercidit alter, Pro se proque Remo qui mihi restat erit.

---

que *ceteri libri.* ecfatus ubi *Scaliger Coni. p.* 128. effatus ibus *Lipsius Ant. Lect. II* 4 63 Ceresque *Guelf. b Appulei. libri plerique Capellae* 64 Iouis] Iuppiter *Harlem. Appulei m. alt., aliq. libri Capellae* 66 cerula *Flor.* coelula *Haun.*

XLVIII *

Postquam consistit fluuius qui est omnibu' princeps,
Qui sub caeruleo

XLIX*

. . . . . lupus femina feta repente

L *

Vergilius Aen. VIII 630 'fecerat et uiridi fetam Mauortis in antro Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum Ludere pendentis pueros, et lambere matrem Impauidos; illam tereti ceruice reflexam Mulcere alternos, et corpora fingere lingua.' Seruius in h. l. 'sane totus hic locus Ennianus est.'

LI *

Fici dulciferae lactantes ubere toto

LII

[Cliuis] decedunt, riuos camposque remanant.

Vnus erit quem tu tolles in caerula caeli Tu mihi dixisti: sint rata dicta Iouis.' XLVIII Fronto Epist. de orat. p. 249 ed. Rom. (p. 129 Nieb.) 'Tiber amnis et dominus et fluentium circa regnator undarum. Ennius: postquam' e. q. s. Cicero Orat. 48, 161 'ita enim loquebamur: qui est omnibu princeps, non omnibus princeps.' Huc refert ed. Lips. XLIX Seruius in Aen. II 355 'sane apud ueteres lupus promiscuum erat, Ennius: lupus' e. q. s. Festus p. 286 M. 'recto fronte . . . . antiquae id consuetudinis fuit ut cum ait Ennius quoque . . . . . et lupus feta.' Quintilianus I 6, 12 'lupus masculinum, quamquam Varro in eo libro quo initia Romanae urbis enarrat lupum feminam dicit Ennium Pictoremque Fabium secutus.' Cf. Festus p. 150. Paulus p. 6 et 60 M. Columnae debetur haec uersiculi sedes LI Charisius I p. 103 P. (74 Lind.) 'fici Ennius: fici' e. q. s. 'Lucilius: fici comeduntur et uuae.' Ad eundem Columnam locus fragmenti redit LII Festus p. 282 M. 'rema-

---

68 consistit *J. Beckerus Ephem. Marb.* 1849 *p.* 331. consisti se *Fronto* qui est omnibu *Cicero.* qui omnium *Fronto* 69 qui sub caeruleo *H. Ilbergius.* qui sub ciuilia *Fronto.* qui subcaeruleus *J. Beckerus* *Cogitandum uel:* uoluunt sua flumina caelo 70 facta *Cassell. Seruii* 71 fici dulciferae *cod.* dulciferae fici *uulgo* 72 cliuis decedunt] desunt *cod. Festi, om. Paulus.* de summo *Doederlinus de Lat. uoc. orig. p.* 178. desubito linquunt *Bergkius Ephem. litt. Hal.* 1842 *II* 239 remant *Festus* destituunt riuos camposque reuitant *Scaliger.* deseruit riuos camposque remanat *Barthius Adu. XXXVIII* 11. deque serunt undae campos; ripasque remanant *H. Ilbergius*

LIII

Indo tuetur ibi lupus femina, conspicit omnis:
Hinc campos celeri passu permensa parumper
Conjcit in siluam sese

LIV *

. . . . . pars ludicre saxa
lactant, inter se licitantur

LV *

Occiduntur. ubi potitur ratus Romulus praedam

LVI

Ast hic quem nunc tu tam toruiter increpuisti

LVII

Curantes magna cum cura tum cupientes
Regni dant operam simul auspicio augurioque.

* *
*

nant, reptent. Ennius l. I . . .' Paulus p. 283 M. 'remant, repetant. Ennius: riuos' e. q. s. LIII Nonius p. 378, 18 'parumper, cito et nelociter . . . . Ennius annali lib. I: [XXXVI] idem in eodem: indotuetur' e. q. s. Cf. XLIX LIV Nonius p. 134, 13 'licitari, congredi, pugnare. Ennius: pars' e. q. s. Cf. Paulus Festi p. 116 M. 'licitati, in mercando sine pugnando contendentes.' Huc rettulit ed. Lips. LV Festus p. 274 M. 'pro firmo, certo ponitur ratus et ratum. Ennius: occiduntur' e. q. s. LVI Nonius p. 516, 16 'torbiter .... Ennius lupi Ast ic' e. q. s. (lib. I Scaliger Coni. p. 86) LVII Cicero de diu. I 48, 107 'itaque Romulus augur, ut apud Ennium est, cum fratre item augure curantes' e. q. s. Gellius VI 6 'locos porro praepetes et augures appellant; et Ennius in an-

---

73 ubi *Columna* omnia *Lachmannus ad Lucr. I* 1106 74 hinc campos *H. Ilbergius*. in campo *libri*. hinc campum *Columna* permensa *Columna*, *Gronouius ad Liu. XXXVIII* 17. praemens *libri* 75 conicit *libri* 76. 77 *Versus distinxi* ludicre *neutrum adiectiui*, *quod notauit Priscianus VII p.* 768 *P.* (*I p.* 341 *K.*) '*excipitur a uetere uel ueteri quod uetera non ueteria facit. nec non ab hoc ludicri quod ludicra non ludicria facit*' pars Ludicre iactant saxa *Columna*. saxa Ludicre iactant, pars *H. Ilbergius* 78 *Grauius dispunxi* ibi *Scaliger* 79 ast hic *Scaliger*. ast ic *libri*. hasta *Columna* toruiter *edd.* torbiter *libri* 80 tum cupientes *Vind.* cum cupientes *Erl.* concupientes *uulgo* *An* magna cum cura tum curantes cupientes?

. Remus auspicio se deuouet atque secundam
Solus auem seruat. at Romulus pulcher in alto
Quaerit Auentino, seruat genus altiuolantum.
Certabant urbem Romam Remoramne uocarent.
Omnibus cura uiris uter esset induperator.
Expectant uel uti consul cum mittere signum
Volt omnes auidi spectant ad carceris oras,
Quam mox emittat pictis e faucibus currus:
Sic expectabat populus atque ora tenebat
Rebus, utri magni uictoria sit data regni.
Interea sol albus recessit in infera noctis.
Exin candida se radiis dedit icta foras lux.
Et simul ex alto longe pulcherruma praepes
Laeua uolauit auis: simul aureus exoritur sol.
Cedunt de caelo ter quattor corpora sancta
Auium, praepetibus sese pulcrisque locis dant.

nalium primo dixit: praepetibus . . . dant. Auibus autem praepetibus' e. q. s. (praepetibus . . . autem om. Par. 8667 Rottendorfianus autem Parisinusque codices iam ante desinunt: ille VII 20 — quoniam in an-

---

81 augurioque — 82 auspicio *om. Erl.* *Lacunam post* 81 *significauit* 82 in monte Remus *Vind.* hinc Remus *vulgo* deuouet atque *vulgo.* denoueratque *Vind. Erl.* 83 auem *vulgo.* autem *Vind. Erl.* 84 altiuolantum *vulgo.* alteuolantum *Vind. Erl.* 85 romam remoramne *Erl. Vind. et 'e fugientibus et lucifugis libris' Turnebus Adu. XXIV* 4 86 omnis *Vind. m. alt.* ut *Erl.* 87 ueluti *Vind.* *Erl.* 88 uolt *Vind. m. pr.* (uel uult *superscr.*) ult *Erl.* oris *Vind.* 89 quam mox *Erl.*, *Bergkius Ind. lect. Marb. aest.* 1844 *p. XVI.* qua mox *Vind.* 92 altus *Erl.* 93 ista *Erl.* 94 pulcherruma *Vind.* pulcherrima *Erl.* 95 simul *vulgo.* et simul *Vind. Erl.* (*sed* et *m. pr. compunctum in Vind.*) 96 caedunt *Vind.* quattor] *cf. Ritschelius Mus. philol. VIII* 309, *Lachmannus ad Lucr. III* 917. quattuor *Vind.* (*altera* t *m. rec. compuncta*) quatuor *Erl.* 97 auium praepetibus sese *Cicero*, *cf. Lachmannus l. l.* praepetibus (p̄petibus *Vat.*) sese, *om.* auium, *Vat. Lincoln.* (*teste Gronouio*) *et libri deteriores Gellii.* praepetibus hilares sese *Gronouius*, *Scaliger in Actuam p.* 122. praepetibus uolueres sese *Koenius de epic. Rom. serm. p.* 107. praepetibus pennis sese *Merula* pulchrisque *Vind. Erl. Cic.* puleris *Vat. Gell.* que *om. libri Gelliani omnes*

Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
Auspicio regni stabilita scamna solumque.

LVIII

Nec pol homo quisquam faciet inpune animatus
Hoc nisi tu: nam mi calido das sanguine poenas.

LIX

Astu non ui sum summam seruare decet rem.

LX

Virginis. nam sibi quisque domi Romanus habet sas.

LXI *

Seruius in Georg. II 384 'Romulus cum aedificaret Iouis [templum], pelles unctas strauit et sic ludos edidit, ut et caestibus dimicarent et cursu contenderent, quam rem Ennius in annalibus testatur.'

LXII **

Confrictique oleo lentati et ad arma parati

tiquis codd. sexto libro antecedit septimus — hic VI 3) LVIII Macrobius Sat. VI 1 p. 499 Jan. 'tu tamen interea calido mihi sanguine poenas Persolues. [Aen. IX 422] Ennius in primo . . .' Seruius in Aen. IX 422 'calido mihi sanguine poenas. Ennius in primo: nam' e. q. s. LIX Festus p. 298 M. 'sum pro eum usus est Ennius li. I . . .' (enius cod.) LX Festus p. 325 M. 'sas Verrius putat significare eas teste Ennio qui dicit in l. I: uirgines' e. q. s. 'cum suas magis significare uideatur.' Paulus p. 324 M. 'sas, suas. Ennius: uirgines' e. q. s. LXII Seruius in Aen. III 384 'et quidam lentandus nouae uerbum fictum putant, sed in annalibus legitur: confricati oleo lentati paratique ad arma.' Ennii annales suspicatur C. Barthius ad Claudian. Cons. Mall. 42. Huc ret-

---

98 esse priora *uulgo.* propriam *Vind. Erl.* 100 non *Par. Salisb.* 101 nisi] neque *Merula* mi *om. Salisb.* dabi' '*in ora Scrineriani cod.*' *Macrobii teste Pontano, Merula* 102 astu non ui] at tu non ut *cod.* at te non ut *Columna.* at te non Talium *Scaliger* summam *Vrsinus.* summa *cod.* *Cf. Aesch. Prom.* 214 ὡς οὐ κατ' ἰσχὺν οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερὸν χρείᾳ, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερτέρους κρατεῖν 103 uirginis *siue* uirgine. nam *Lachmannus ad Lucr. VI* 1067. nirgines nam *Festus, Paulus* 104 confrictique *H. Ilbergius.* confricati *Seruius* et ad arma parati *H. Ilbergius.* paratique ad arma *Seruius*

LXIII **

105 bellicrepa

LXIV

Cum superum lumen nox intempesta teneret

LXV *

Maerentes flentes lacrimantes commiserantes

LXVI

. . . . Nerienem Mauortis et Herem

LXVII

Nam ui depugnare sues stolidi soliti sunt.

tulit H. Ilbergius LXIII Paulus Festi p. 35 M. 'bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, cum a ludis Sabinorum uirgines rapuit.' Glossae Isidori 'bellicrepa quoddam genus ludorum cum armis.' Vocem Enniauam esse suspicatur O. Muellerus. Huc retulit H. Ilbergius LXIV Macrobius Sat. VI 1 p. 499 Jan. 'et Innam in nimbo nox intempesta tenebat. [Aen. III 587] Ennius in primo . . .' LXV Diomedes II p. 442 P. 'ὁμοιόπτωτον' Charisius IV p. 251 P. (167 Lind.) 'ὁμοιόπτωτον' Donatus de schematibus p. 1774 P. (32 Lind.) 'ὁμοιόπτωτον' Pompeius Donati comment. p. 461 Lind. 'ὁμοιόπτωτον' Beda in Rhet. Lat. Pith. p. 346 'ὁμοιόπτωτον' Ennium appellat solus Diomedes. Rhet. ad Herennium IV 12, 18 (compositio conseruabitur) 'si non utemur continenter similiter cadentibus uerbis hoc modo: flentes plorantes lacrimantes obtestantes.' (obtestantes] commiserantes Windb.) Diuersum hunc rhetoris uersum ab eo quem grammatici frequentarunt Naekius statuit Mus. Rhen. 1829 p. 398. Hic inseruit hunc posteriorem Merula: duos coniunctos ed. Lips. LXVI Gellius XIII 22 'Ennius autem in primo' (principio Lugd.) 'annali in hoc uersu: Nerienem' e. q. s. 'si quod minime solet numerum seruauit, primam syllabam intendit, tertiam corripuit.' Falli Gellium H. Ilbergius intellexit. Cf. Paulus Festi p. 100 M. 'Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine appellabatur heredum et esse una ex Martis comitibus putabatur.' LXVII Festus

---

106 tenebat *Neap.* 107 merentes *Par. Donati.* merentes *cod. Charisii*, *Par. a b Monac. Diomedis*, *Pompeius.* moerentes *uulgo* lacrimantes *cod. Charisii*, *Par. a b Monac. Diomedis*, *Donatus*, *Pompeius.* lachrymantes *uulgo* ac miserantes *Charisius*, *Diomedes* 108 Herem *Mursius Exerc. crit. II* 3, 6. erdem *Vat.* herclem *ceteri* 109 nam ui depugnare *cod.*, *Gulielmus Veris. I* 9. nam uidi pugnare *uulg. Festi.* namque auide pugnare *Scaliger* suis *J. Dousa Plaut. Expl. II* 25 soliti *Scaliger.* solidi *cod.*

LXVIII

110 Aeternum seritote diem concorditer ambo.

LXIX

Quod mihi meaeque fide et regno uobisque Quiritis
Se fortunatim feliciter ac bene uortat.

LXX *

Varro de L. L. V 55 M. 'ager Romanus primum diuisus in parteis tris, a quo tribus appellata Titiensium, Ramnium, Lucerum: nominatae, ut ait Ennius, Titienses ab Tatio, Rammenses a Romulo, Luceres, ut Iunius, a Lucumone.' (titienses abtatio Flor.)

LXXI *

O Tite tute Tati tibi tanta tiranne tulisti.

p. 317 M. 'stolidus, stultus: Ennius l. I . . .' LXVIII Charisius I p. 177 P. (116 Lind.) 'concorditer. Ennius annalium lib. I . . .' (annã lib. .I. cod.) LXIX Nonius p. 112, 1 'fortunatim, prospere. Ennius annalibus I . . .' (annalibus I Leid. annalium I Voss. Boudami. annalibus, om. libri nota, ceteri) LXXI Priscianus XII p. 947 P. (I p. 553 K.) 'breuem te syllabam pro met ei' (sc. nominatiuo tu) 'addere solent auctores . . . . . Ennius: o' e. q. s. Idem de uers. Aen. p. 1257 P. (II p. 329 K.) 'tute te correpta ut Ennius: o' e. q. s. (hennius Vossianus Lindemanni, om. ceteri) Pompeius Donati comment. p. 461 Lind. 'antiqui integros uersus ita faciebant ut: o' e. q. s. 'uersus est Ennianus.' Isidorus Orig. I 35 'paromoeon . . . quale est illud apud Ennium: o' e. q. s. Non nominato Ennio relicui: Rhet. ad Herennium IV 12, 18 (compositio conseruabitur) 'si uitabimus eiusdem litterae nimiam assiduitatem; cui uitio uersus hic erit exemplo (nam hic nihil prohibet in uitiis alienis exemplis uti): o' e. q. s. Charisius IV p. 251 P. (167 Lind.) '*παρόμοιον*' Donatus de schematibus p. 1774 P. (32 Lind.) '*παρόμοιον*' Pompeius Donati comment. p. 427 Lind. 'collisio' Martianus Capella p. 167 G. (443 K.) 'homoeoprophoron' Beda in Rhet. Lat. Pith. p. 345 '*παρόμοιον*'

---

110 alternum *Columna.* alterno (*sc.* sermone) *Wakefieldus ad Lucr. I* 1065 111 quod mihi meaeque] ea mihi (michi *Palat.*) reliquae (reliqua *Doruill.* relinque *Palat.*) *libri. cf. Remensii Collect. litt. p.* 92 *sq. Nostrorum* meaeque *occupauit Grauertus Anal. p.* 96 *siue* mique meaeque *siue* quae mihi meaeque *coniciens* fide et *Grauertus.* fidei *libri* nobisque *Palat.* 112 feliciter ac bene uortat] fellitur aliquando fortat *Palat. Cf. Samonici Sereni carmen a Macrobio Sat. III* 9 *p.* 296 *Jan. exhibitum: 'ut me meamque fidem imperiumque legiones exercitumque nostrum .... saluos siritis esse'*

113 o Tite tute Tati tibi] Tite Tate tibi toto *Pompeius p.* 461. o Tite

LXXII *

Pectora . . tenet desiderium, simul inter
Sese sic memorant 'o Romule, Romule die,
Qualem te patriae custodem di genuerunt!
O pater o genitor o sanguen dis oriundum!
Tu produxisti nos intra luminis oras.'

LXXIII *

Romulus in caelo cum dis genitalibus aeuum
Degit.

LXXIV

. . Quirine pater neneror Horamque Quirini.

Claudius Sacerdos I p. 32 Endl. '*ἀπρέπεια*' LXXII Cicero de re p. I 41, 64 '. . . iusto quidem rege cum est populus orbatus, pectora diu tenet desiderium, sicut ait Ennius post optimi regis obitum: simul inter . . . . oriundum. Non eros nec dominos appellabant eos, quibus iuste paruerunt, denique ne reges quidem; set patriae custodes, set patres et deos. Nec sine causa; quid enim adiungunt? tu' e. q. s. Lactantius Diu. Inst. I c. 15 'nam Romulum desiderio suis fuisse declarat Ennius, apud quem populus amissum regem dolens haec loquitur: o Romule' e. q. s. Priscianus VI p. 708 P. (I p. 262 K.) 'ueteres hoc sanguen dixerunt . . . ut ait Ennius . . . idem in II annali: o genitor . . . oriundum.' Libro I ascripsit Columna, 'peruetustum suum Prisciani exemplar' secutus LXXIII Seruius in Aen. VI 764 'aeuum enim proprie aeternitatis est quae non nisi in deos uenit. Ennius: Romulus' e. q. s. Cicero Tusc. disp. I 12, 28 'ex hoc et nostrorum opinione Romulus in caelo cum dis agit aeuum, ut famae adsentiens dixit Ennius.' Hanc fragmento sedem Columna attribuit LXXIV Nonius p. 120, 1 'Hora, iuuentutis dea. Ennius annali libro I . . .' Cf. Gellius XIII 22

---

tate Tati tibi *Guelf. b Isidori.* o Tite tate tute tibi *Wuerzb. Rhet. ad Her.* o tite tute tate tibi *cod. Charisii.* o tute (te *erasum*) tite tibi (tute tate *m. alt. superscripta*) *Par. Donati.* o Tite tate tibi tanta *Claudius, rel. om.* tanta] tañ *cod. Charisii* tiranne *Reg. Prisc.*, *Wuerzb. Rhet. ad Her.*, *Isidorus.* tyrañ *cod. Char.* tyranne *ceteri* 114 diu *cod. m. pr.*, *quod Ciceroni tribuit Osannus.* dia *cod. m. alt.* dura *Steinackerus.* lida *Krarupius Observ. crit. p.* 22 115 die *cod. Cic.*, *Vrsinus.* dic o *Lactantius.* dice *N. Heinsius Adu. p.* 635 116 dii *cod. Cic.* (*sed prior* i *A. Maio uisa est expuncta*), *Lactantius* 117. 118 *inuerso ordine Lactantius* sangen *Lugd. Prisc.* dis *cod. Cic.* di's *Reg. Prisc.* diis *ceteri* 119 caelo *Gud. in Tusc.* coelo *Reg. ibidem* (*secundum Tregderi silentium*), *Seruius* dis *Reg. in Tusc.* diis *Gud. ibid.*, *Seruius* cum dis agit aeuum *Cicero De dis genitalibus cf. Bentleius ad Hor. carm. saec.* 16 121 teque *add. Columna* hor. quirini *Leid.*

LXXV

Festus p. 242 M. '[p]es dī — — pe]de ruit — — [Ennius] l. I an[nalium] — — mu'

LIBER II

I *

Olli respondit suauis sonus Egeriai.

II *

Mensas constituit idemque ancilia . .
Libaque fictores Argeos et tutulatos.

III **

Volturnalem Pālatualem Furrinalem
Floralemque Falacrem et Pomonalem fecit
Hic idem.

LIBER II I Varro de L. L. VII 42 M. 'apud Ennium: olli' e. q. s. 'olli uatet dictum illi ab olla et ollo.' Cf. I fr. XXXI II Varro de L. L. VII 43 M. 'apud Ennium: mensas constituit idemque: ancilia dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte, ut Thracum, incisa. Libaque' e. q. s. 'liba quod libandi causa fiunt. Fictores dicti a fingendis libis. Argei ab Argis .... Tutulati dicti ii, qui in sacris in capitibus habere solent ut metam' e. q. s. Festus p. 355 M. (tutulum) 'quidam pileum lanatum forma metali figuratum, quo flamines ac pontifices utantur, eodem nomine uocari. Ennius: libaque' e. q. s. Paulus p. 354 M. 'tutulum dicebant flaminicarum capitis ornamentum . . . Ennius: fictores' e. q. s. Cf. Varro de L. L. V 45 M. Paulus Festi p. 15 M. Seruius in Aen. II 683 III Varro de L. L. VII 45 M. 'eundem Pompilium ait fecisse flamines, qui quom omnes sint a singulis deis cognomi-

---

122 respondet *Goth. Haun. Par. b.* respondent *Par. a* Egeriai *Victorius.* egria *J. Flor. Par. a.* egria id est *Goth. Haun.* egregia *Par. b* 123 mensas] *sacrales dicit quas Festus p.* 157 *M. ararum uicem obtinuisse dicit* idēq; *Flor.* primus *add. Scaliger* 124 libaque] salibaque *Flor.* saliba quae *Goth. Haun.* faliba quae *Par. a, om. Par. b Varronis* argaeos *Festi cod. ut p.* 334 *M.* et tutulanos *Haun. Varronis.* e, (*uel* e). *relicuis extinctis, Festi cod. teste H. Keilio l. l. p.* 626 125 uolturnalem *libri, nisi quod* uolturnales *Flor.* uortunalem *Turnebi uetus codex, unde* Vortumnalem *suspicabatur O. Muellerus* palatuales *Flor.* Furrinalem *O. Muellerus.* furinalē *Flor.* furinalem *ceteri* 126 floralemque *O. Muellerus.* floralē q *Flor.* floralem qui *ceteri* falacrē et pomonales *Flor.*

IV

Si quid me fuerit humanitus ut teneatis

V *

Mettoi Fubettoi

VI *

. . . quianam legiones caedimus ferro

VII

Ingens curast mis concordibus aequiperare.

VIII

Et simul effugit, speres ita funditus nostras

IX

Qui ferro minitere atque in te ningulus . .

nati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut quor sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut in his qui sunt uersibus plerique: Volturnalem' e. q. s. 'quae obscura sunt. Eorum origo Volturnus, diua Palatua. Furrina, Flora, Falacer pater, Pomona.' Ennii heroos agnouit O. Muellerus. Iambos scazontas olim constituerat Turnebus Adu. XXIII 16 IV Festus p. 161 M. 'me pro mihi dicebant antiqui ut Ennius cum ait l. II . . .' Vsum syntacticum notat grammaticus, non formam pronominis: quod O. Muellerum fefellit V Quintilianus I 5, 12 'duos in uno nomine faciebat barbarismos Tinca Placentinus . . . preculam pro pergula dicens . . . at in eadem uitii geminatione Mettoi Fubettoi dicens Ennius poetico iure defenditur.' VI Seruius in Aen. X 6 'quianam, cur, quare. Ennianus sermo est: quianam' e. q. s. Hoc loco posuit Merula VII Priscianus XIII p. 955 P. (I p. 561 K.) 'mis tis sis — Ennius in II . . .' (II Reg.) VIII Festus p. 333 M. 'speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius l. II . . .' IX Festus p. 177 M. 'ningulus, nullus, ut Ennius l. II: qui f. m. atque in te ninculus mederi queat.' Paulus p. 176 M. 'ningulus, nullus. Marcius uates: ne ningulus mederi

---

128 me fuerit *uulgo.* mutierit *cod. auctore H. Keilio l. l. p.* 621

129 Mettoi Fubettoi] *cf.* '*populoi Romanoi*' *Mario Victorino p.* 2463 *P.* (19 *G.*) *notatum.* metti.eo et fuuctio eo *Ambros.* (*post* metti *una littera erasa*, eo et *et alterum* eo *m. alt.*) et tico fufectio eo *Turic.* mettieo suffectieo eo *Lassb.* Metioeo Fufetioeo *G. Hermannus apud H. Meyerum* 131 cura *libri* cum (cū *Halberst.*) concordibus *libri* ingens cura mihi concordibus *Scaliger apud Merulam* aequiperare *libri plerique.* aequiparē *Sang.* *An* concordes aequiperare*? cf. Ritschelius Prol. Trin. p. LXXXIII sq. et O. Ribbeckius Pacuu. inc. fab. XLIII* 132 *Vulgo deest interpunctio* 133 inte *cod.*

X

. . . . . fusi sine mente
Ac sine sensu ullo iaceant.

XI

Adnuit sese mecum decernere ferro.

XII

Ferro se caedei quam dictis his toleraret.

XIII

Haec inter sese tum [certabant] tuditantes.

XIV

Quande tuas omnes legiones ac popularis

XV *

. . . . . tractatus per aequora campi.

queat.' Enniani uersus particulam interisse prodit Pauli glossa X Nonius p. 312, 26 'fundere, prosternere, iacere. Verg. Aen. lib. I: quem septem ingentia uictor Corpora fundat humo. Et Aen. lib. II: fusi' e. q. s. (Et Aen.] Et Ennius Junius, Mercerus. Ennius ann. lib. I mg. Jun.) XI Priscianus X p. 822 P. (I. p. 480 K.) 'uetustissimi inueniuntur etiam produxisse' (paenultimam perfectorum in ui desinentium) — 'annuo, annui. Ennius in II . . .' XII Festus p. 356 M. 'tolerare, patienter ferre ... Ennius l. II . . .' XIII Festus p. 352 M. '[t]uditantes, tundentes [negotium, id est ag]entes, significare ait Cincius [de uerbis priscis. En]nius l. II . . .' Cf. M. Hertzius de Cinciis p. 50 XIV Festus p. 261 M. 'quamde pro quam usos esse antiquos cum multi ueteres testimonio sunt, tum Ennius in primo: Iuppiter . . . ui. idem in secundo . . .' (tum Ennius Vrsinus, tamen huius cod. ui. idem in] impe cod. cf. I fr. XXVI)

XV Incertus de uerbo (Anal. Vindob. p. 173) 'tractare saepe tra-

---

nite *Vrsinus mg.* ut te *idem in ann.* 134 *sq.* fusis (fusissi *Geneu.*) sine mente ac sine ullo sed subiacerent *Bern. a Geneu.* fusissi sine mente ac sine ullo subiacerent *ceteri.* ullo sensu iacerent *Rothius.* fusus si sine mente ac uiribus orbus iaceret *H. Ilbergius* 136 adnuit *Bern. Halberst.* annuit *ceteri* sese *om. Lugd., m. alt. add. in Sang.* 137 caede *cod.* caedi *Vrsinus* 138 se totum ..... tes *cod.* sese tota ui illi tuditantes *O. Muellerus.* se tota ui tuditantes *Scaliger.* sese tuditant ui contendentes *H. Ilbergius* 139 quande tuas *Vrsinus.* quan dit uas *cod.*

XVI *

Volturus in spinis miserum mandebat homonem.
Heu quam crudeli condebat membra sepulcro!

XVII **

Vergilius Aen. II 486 'at domus interior gemitu miseroque tumultu Miscetur, penitusque cauae plangoribus aedes Femineis ululant; ferit aurea sidera clamor. Tum pauidae tectis matres ingentibus errant, Amplexaeque tenent postis adque oscula figunt.' Seruius in h. l. 'at domus interior: de Albano excidio translatus est locus.' Idem in Aen. II 313 'clangor: Graecorum est. Nam κλαγγὴ dicitur. Illud sane sciendum est, quia morem tetigit expugnationis. Plerumque enim ad tubam euertuntur ciuitates: sicut Albam Tullus Hostilius iussit euerti.'

XVIII *

Isque dies postquam Ancus Marcius regna recepit

here — Ennius: tractatus' e. q. s. Hic ascribit Columna XVI Priscianus VI p. 683 P. (I p. 228 K.) 'uetustissimi tamen etiam homo homonis' (homi̊nis Reg.) 'declinauerunt. Ennius: uulturus' e. q. s. 'Nam et uultur et uulturus et uulturius dicitur.' (uulturus Lugd. Bern. m. pr. Sang. Vat. sec. X ex corr. uulturi̊us Bern. m. alt. uulturis Reg. Halberst. uulturius] uulturis Bern. m. alt. uult$^{u}_{\equiv}$rius, in ras. o ut uid., Lugd.) Charisius I p. 120 P. (85 Lind.) 'uolturus. Ennius: uulturus . . . homonem.' Seruius in Aen. VI 595 'sane in usu est uultur; licet Cicero uulturius dixerit . . . Ennius: uulturus . . . homonem.' Hic inseruit Merula XVIII Seruius in Aen. III 333 'reddita more ueteri pro data accipiendum, re ergo abundat. Ennius in annalibus: [I fr. XLI] et alibi: isque . . . recepit; pro accepit; aut reddita; quod' e. q. s. (et pro accepta,

---

141 uulturus *Prisc. Lugd. Bern. Sang. m. alt.. Char. cod. et ed. pr., Seru. Cassell. Reg. Leid. b Voss. Guelf. a b. cf. Vossius de anal. I* 36 *p.* 151. *II* 8 *p.* 276. uulturis *ceteri* in spinis *A. Kochius Exerc. crit. p.* 13 *conl. Verg. Aen. VIII* 645. in siluis *Priscianus, Voss. Leid. a Guelf. b Seruii* (*nisi quod hi duo* syluis). in spineto *cod. et ed. pr. Charisii.* in campo *Cassell. et* (*ut uidetur*) *Reg. Leid. b Seruii* miserum] supinum *cod. et ed. pr. Char. et, ascripto* miserum, *Reg. Leid. b Seru.* supinū *Cassell.* in . . . mandebat *om. Guelf. a Seru.* hominem *cod. Char.* m. h. (*sic!*) *Cassell. Seru.* hemonem *Merula, conl. Paulo Festi p.* 100 *M.* 142 ^{h}eu *Reg.* sepulcro *Sang. Halberst.* sepulchro *ceteri* 143 postquam Ancus Marcius *H. Ilbergius.* post aut Marcus quam *Seruius*

XIX

. . . . . i caerula prata

XX

Ostia munita est; idem loca nauibus pulchris
Munda facit; nautisque mari quaesentibus uitam

LIBER III

I

Olim de caelo laeuum dedit inclytus signum

II

Et densis aquila pinnis obnixa nolabat
Vento quem perhibent Graium genus aëra lingua.

III*

Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit

ut Reddita. Quod uulgo) Hic positum ab H. Ilbergio XIX Festus p. 286 M. 'rigido [tum caerula suro cum ait] Ennius iocatus uidetur . . . . . [caeru]li. est enim a maris no[mine. eodem uerbo de eadem] re usus est et l. II . . . . . i caerula prata, cae[rula prata mare dixit.]' XX Festus p. 258 M. 'quaeso, ut significat idem quod rogo. ita quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium l. II . . .' Idem p. 142 M. (post amplam lacunam) 'Ennius: idem' e. q. s.

Liber III 1 Nonius p. 51, 14 'leunum significari ueteres putant quasi a leuando .... Ennius annali lib. III ...' II Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 19 Keil. 'pro aëre uenti hic extrinsecus accipiuntur: ad quod argumentum collegimus Ennii exemplum de annalium tertio . . .' III Festus p. 301 M. 'interdum pro suos ponebant' (sc. sos) 'ut cum per datiuum casum idem Ennius effert: postquam' e. q. s. Paulus p. 300 M. 'sos interdum pro suos ponebant; per datiuum casum idem Ennius effert: postquam' e. q. s. 'pro suis.' Cf. Lucretius III 1023 'lumina sis oculis etiam

---

144 uerrebant suris Neptuni c. p. *H. Ilbergius* 145 loco *cod. p.* 142 celsis *cod. p.* 142 146 mundo *cod. p.* 258 facie *cod. p.* 142 nautisque mari] atque etiam aere *cod. p.* 142, *rel. om.* 147 olli *coni. Mercerus* leuum *Nonius* 148 pinnis *Egnatius.* primis *Val.* pennis *Par.* in pinnis *H. Keilius.* hinc pennis *Lachmannus ad Lucr. II* 27 *p.* 76 150 reliquit *uulgo.* reliquid *cod. teste H. Keilio l. l. p.* 624 bonus Ancus reliquit *om. Paulus*

IV

Tarquinio dedit imperium simul et sola regni.

V

Circum sos quae sunt magnae gentes opulentae

VI

Hac noctu filo pendebit Etruria tota.

VII

Postquam defessi sunt stare et spargere sese
Hastis: ansatis concurrunt undique telis.

VIII *

Tarcuini corpus bona femina lauit et unxit.

IX

Prodinunt famuli: tum candida lumina lucent.

X *

Et qui sextus erat Romae regnare quadratae

bonus Ancus reliquit.' IV Festus p. 298 M. 'solum, terram. Ennius l. III ...' V Festus p. 301 M. 'sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius li. I: [XX] l. III ...' VI Macrobius Sat. I 4 p. 26 Jan. 'Ennius enim nisi cui uidetur inter nostrae aetatis politiores munditias respuendus noctu concubia dixit his uersibus: [IV fr. VI] quo in loco animaduertendum est, non solum quod noctu concubia sed quod etiam qua noctu dixerit. Et hoc posuit in annalium septimo, in quorum tertio clarius idem dixit: hac' e. q. s. VII Macrobius Sat. VI 1 p. 499 Jan. 'concurrunt undique telis Indomiti agricolae. [Aen. VII 520] Ennius in tertio ...' VIII Seruius in Aen. VI 219 'lauant frigentis et ungunt: uersus Ennii qui ait: Tarquinii' e. q. s. Donatus in Ter. Hec. I 2. 60 (uxor dicitur) 'quod lotos maritos ipsae unguebant, cuius rei testis Ennius: exin Tarquinium' e. q. s. (Ennius testis est Lugd. ed. Mediol.) IX Festus p. 229 M. 'prodinunt, prodeunt, ut Ennius annali l. III ...' Paulus p. 228 M. 'prodinunt, prodeunt. Ennius: prodimunt' e. q. s. X Festus p. 258 M. 'quadrata

154 stare et] stant et *libri.* stertunt *ms. mg. auctore Pontano.* stando et *Pontanus.* stantes *Scriuerius, prob. Pontanus* 155 hostis *Med.* hastis ansatis *Columna* 156 Tarcuini corpus *G. P(inzgerus) Ephem. litt. Jen.* 1823 *p.* 126 *Ritschelius Mus. philol. VII* 598. Tarquinii corpus *Seruius.* exin Tarquinium *Donatus (prob. Weichertus de uers. ini. susp. p.* 60) *nisi quod* exin Tarquinum *edd. uet.* ex interquinū *Lugd.* *Merulae fallaciis nititur Suerdsioeus Vind. praec. Bentl. p.* 37 157 prodinunt] *cf. Ritschelius de epigr. Sorano Bonnae* 1852 *p.* 17 158 et qui sextus erat *M. Hertzius.* et quis est

XI

Inde sibi memorat, unum super esse laborem.

XII **

Atque gubernator magna contorsit equos ui.

XIII *

Somnia uera aliquot, uerum omnia uoenu necessest.

XIV

Caelum suspexit stellis fulgentibus aptum.

Roma in Palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi reposita sunt quae solent boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi, quia saxo munitus est initio in speciem quadratam. eius loci Ennius ·m· cum ait: et' e. q. s. Ennio non recte usus est Festus, si quidem poeta antiquissimam Romuli urbem significat: qua de uide H. Magium in Grut. Lamp. II 1386 Cf. O. Muellerus de reb. Etrusc. II 145 G. A. Beckerus Antiq. Rom. I 106 Hic inseri iubet M. Hertzius Excurs. philol. clin. p. 42 XI Gellius I 22 'sed inuenimus in tertio Enni annalium in hoc uersu: inde' e. q. s. 'id est relicuum esse et restare: quod quidem diuise pronuntiandum est, ut non una pars orationis esse uideatur sed duae.' (in tertio om. Rottend. enni Vat. ẽni Rottend. enī Par.) XII Charisius IV p. 244 P. (162 Lind.) (metaphorae communes) 'quem admodum in naui auriga dicitur et in curru gubernator, ut: magna' e. q. s. Eadem habet Diomedes II p. 451 P. Quintilianus VIII 6, 9 (comparatio) 'cum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur, ut de agitatore: gubernator ... ui. et ut Liuius' e. q. s. Claudius Sacerdos I p. 43 Endl. 'metaphora — ab animali ad animale: atque' e. q. s. Ennio uersum post I. M. Gesnerum in Ind. Quintil. uindicauit A. Kochius Exerc. crit. p. 11 XIII Cicero de diu. II 62, 127 'aliquot somnia uera, inquit Ennius, sed omnia non est necesse.' Huc rettulit H. Ilbergius. Epicharmo Merula p. LXXII, tragicis (inc. nom. LVI) O. Ribbeckius ascribit; sed cf. eundem ad inc. inc. fab. LXVIII XIV Macrobius Sat. VI 1 p. 198 Jan. 'axem umero torquet stellis ardentibus aptum. [Aen. IV 482] Ennius in primo: [XXVII] et in tertio: caelum ... aptum et in decimo: hinc nox processit' e. q. s. (in III°, om. et, Salisb. et in

---

erat *cod.* et quis se sperat *Salmasius.* et qui se sperat *O. Muellerus*
159 super esse *Vat.* super *om. Par.* superesse *ceteri* 160 atque *Claudius.* eumque *Diomedes*, *om. Charisius et Quintilianus*
magno *Diom.* equum ui (uia ut *Tur. Guelf.*) *Quintil.* equo, *om.* ui, *Diom.* m. e. e. ui gubernator *Char.* 161 somnia uera aliquot *H. Ilbergius.* aliquot somnia uera *Cicero* uerum *H. Ilbergius.* sed *Cicero* noenu necesse *H. Ilbergius.* non est necesse *Cicero*, *nisi quod* non necesse est *unus codex Moseri.* aliquot sunt uera somnia, at non omnia est necesse *siue:* omnia esse non necessest *O. Ribbeckius*
162 prospexit *libri*

XV **

Vosque lares tectum nomen qui funditus curant.

LIBER IV

I *

Hic occasus datust: at Oratius inclutus saltu

II *

At sese, sum quae dederit in luminis oras

III *

. . . . . Vulsculus perdidit Anxur.

IV *

. nonis Iunis soli luna obstitit, et nox

V

Romani scalis summa nituntur opum ui.

tertio ... aptum om. Par.) XV Charisius IV p. 239 P. (158 Lind.) (solocecismus) 'per personas, ut: uosque' e. q. s. 'pro curatis.' Ennio A. Kochius Exerc. crit. p. 11 uindicauit

LIBER IV I Festus p. 178 M. 'occasus, interitus .... quo uocabulo Ennius pro occasione est usus in lib. II ...' II Festus p. 298 M. 'sum pro eum usus est Ennius li. I: [LIX] et l. II ...' Huc rettulit H. Ubergius III Paulus Festi p. 22 M. 'Anxur uocabatur quae nunc Terracina dicitur Vulscae gentis, sicut ait Ennius: Vulsculus' e. q. s. Huc ascribit Merula IV Cicero de re p. I 16, 25 'id autem postea ne nostrum quidem Ennium fugit, qui ut scribit anno quinquagesimo CCC fere post Romam conditam nonis Iunis' e. q. s. 'adque hac in re tanta inest ratio adque sollertia, ut ex hoc die quem aput Ennium et in maximis annalibus consignatum uidemus, superiores solis defectiones reputatae sint' e. q. s. nonis Iunis Heinrichius Ciceroni continuat. Huc relatus ab ed. Lips. uersiculus V Macrobius Sat. VI 1 p. 199 Jan. 'summa nituntur opum

163 nomen qui *vulgo.* nm̄ q̄ *cod.* 164 hic occasus datus est *cod., tuetur O. Muellerus ad Festum p.* 391 *cf. Lachmannus ad Lucr. II* 829 *p.* 122 Oratius *cod.* inclutus *cod.* inclytus astu *Dacerius* 165 accedit sum qui *Merula.* ad sese sum qui (*sc.* aduocat) *Dacerius* dederat *cod.* 166 Vulsculus] *cf. Bergkius Ind. lect. Marb. aest.* 1844 *p. V Th. Mommsenus de dial. Ital. inf. p.* 245. 262 167 nonis *edd.* non. *cod.* Iunis] *cf. Lachmannus ad Lucr. V* 85 168 Romanis *Par. Neap.* opumue *Par.*

VI *

Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti
Moenia, concubia, uigilesque repente cruentant.

LIBER V

I

Injcit inritatus: tenet occasus, iuuat res.

II *

Bellum aequis manibus nox intempesta diremit.

III *

. . . . . aquast aspersa Latinis.

IV * *

Ciues Romani tunc facti sunt Campani.

V

Cogebant hostis lacrimantes ut misererent.

ui. [Aen. XII 552] Ennius in quarto ...' (quarto om., spatio relicto, Par.) Seruius in Aen. XII 552 'summa nituntur opum ui: hemistichium est Ennianum.' VI Macrobius Sat. I 4 p. 26 Jan. 'Ennius enim, nisi cui uidetur inter nostrae aetatis politiores munditias respuendus, noctu concubia dixit his uersibus: qua' e. q. s. 'quo in loco animaduertendum est, non solum quod noctu concubia, sed quod etiam qua noctu dixerit: et hoc posuit in annalium septimo.' Thes. nouus Latin. (A. Mai auct. class. VIII p. 148) 'concubium quaedam pars noctis. Ennius: qua' e. q. s.

LIBER V I Festus p. 178 M. 'occasus, interitus ..... quo uocabulo Ennius pro occasione est usus in lib. II: [IV fr. I] item in l. V ...' II Acro in Hor. Ep. II 2, 97 'ut Romani quondam pugnauerunt cum hostibus Samnitibus usque ad noctem; unde et Ennius inquit: bellum' e. q. s. (Ennius bellum inquit ed. Ven. 1498 et alia sine l. et a.) III Charisius II p. 213 P. (143 Lind.) 'euax: Plautus in Bacchidibus: euax aspersisti aquam: fili nuntio. Ennius quoque annalium libro: aquast' e. q. s. Cf. A. Kochius Exerc. crit. p. 12 IV Censorinus fragm. c. 14 p. 93 Jahn. (2725 P.) 'totus ex spondiis' (sc. hexameter): 'ciues' e. q. s. Idem c. 15 p. 98 Jahn. (2728 P.) 'ac primum trimetrus fit heroicus spondiazon: ciues' e. q. s. Referunt editores ad Ennium: cuius si est, de quo licet dubitare, huic sedi recte uindicatus est V Priscianus VIII p. 824 P.

---

171 inicit *cod.* inritatus *cod.* 172 bellum aequis manibus *cd. G. Fabricii* 1555 *Almeloueenus Opusc. p.* 172. bellum aequis de manibus *ed. Ven.* 1498 *et alia sine l. et a.* 173 aspera *cd. pr.* 175 hostis *Bern. Halberst.* hostes *Lugd. Sang.* ᵇostes *Reg.*

VI

. . ansatas mittunt de turribus . .

VII

Quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen.

LIBER VI

I

Quis potis ingentis oras euoluere belli?

II

Tum cum corde suo diuum pater atque hominum rex
Effatur

III *

. . . . . contra carinantes
Verba [atra] atque obscena profatus.

(I p. 411 K.) (misereo) 'quo uetustissimi sunt usi, ut supra dictum est: Ennius in V annalium ...' (annalium Bern.) VI Nonius p. 556, 25 'ansatae, iaculamenta cum ansis. Ennius lib. V ...' VII Macrobius Sat. VI 4 p. 519 Jan. 'agmen pro actu et ductu quodam ponere non inelegans est, ut: leni fluit agmine Thybris. [Aen. II 782] immo et antiquum est. Ennius enim in quinto ait: quod' e. q. s. (quinto, om. in, Salisb. Med. Anglic. Par.)

LIBER VI I Quintilianus VI 3, 86 'dissimulauit Cicero, cum Sex. Annalis testis reum laesisset et instaret identidem accusator ei: dic M. Tulli, numquid potes de Sexto Annali? uersus enim dicere coepit de libro Ennii annali sexto ...' Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'et mecum ingentes oras euoluite belli. [Aen. IX 528] Ennius in sexto ...' Diomedes I p. 381 P. 'potis est pro potest, ut apud Ennium: quis' e. q. s. Seruius in Aen. IX 528 'oras euoluite belli: hoc est ingentis belli. narrate non tantum initia, sed etiam extrema bellorum. Nam orae sunt extremitates. Est autem Ennianum: qui' e. q. s. II Macrobius Sat. VI 1 p. 498 Jan. 'concilium que uocat diuum pater atque hominum rex. [Aen. X 2] Ennius in sexto ...' III Seruius in Aen. VIII 361 'alii' (sc. dicunt carinas) 'quod ibi'

---

misèrent *Bern.* 176 hastas *add. Columna* 177 flumen] fluit *Salisb. Med. m. pr.* 178 qui *Flor. Par. a Turic. Guelf. Camp. Quintiliani, Salisb. Macrobii, Seruius* orareuoluere *Par. a.* orase uoluere *Par. b Diomedis.* causas euoluere *Quintilianus* ingentis oras belli] *cf. Lachmannus ad Lucr. IV* 142 179 tunc *Neap.* 182 atra *om. Seruius* et contra carinans uerba atque *Salmasius*

IV

Nanus repertus homo Graio patre Graius homo rex

V *

Nomine Burrus uti memorant a stirpe supremo.

VI

Intus in occulto mussabant . . . .

VII *

Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

(h. e. in lautis carinis) 'Sabini nobiles habitauerint, quorum genus irridere et carinare solebat. Carinare autem est obtrectare. Ennius: contra' e. q. s. Paulus Festi p. 47 M. 'carinantes, probra obiectantes, a carina dicti, quae est infima pars nauis; sic illi sortis infimae.' Glossae Isidori: 'carinantes, inludentes.' Vet. Gloss. (A. Mai auct. class. VI 530) 'karinantes, inludentes, inridentes.' Cf. A. Mai l. l. VII 565 De carinare nocis quae est a carendo deducta cum carina cognatione somnia esse grammaticorum Salmasius intellexit Exerc. Plin. p. 283, 2 IV Festus p. 169 M. 'nanus, celer ac strennus, a nauium uelocitate uidetur dictus. Ennius l. VI...'

V Nonius p. 226, 30 'stirpem generis feminini .... masculino Ennius annalium lib. V ...' In sexto reposuit Merula. Festus p. 313 M. 'sti[rpem in masculino gene]re antiqui [usurparunt] — — [Ennius annal.]: nomine' e. q. s. Idem p. 286 M. 'antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque: a stirpe supremo.' VI Festus p. 298 M. '[summu]ssi dicebantur [murmuratores] .. Naenius .... Ennius in sexto [annalium: i]ntus' e. q. s. Paulus p. 144 M. 'mussare, murmurare. Ennius: in occulto mussabant.' VII Cicero de diu. II 56, 116 'num minus ille' (sc. Herodotus) 'potuit de Croeso quam de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum: aio' e. q. s. Aurelius Victor de uir. ill. c. 35 'Pyrrhus rex Epirotarum .... cum imperium orbis agitaret et Romanos potentes uideret, Apollinem de bello consuluit. Ille ambigue respondit: aio' e. q. s. Ammianus Marcellinus XXIII 5 'nam et oracula dubia legimus — sortemque his posteriorem ueram quidem sed

---

cf. Ritschelius Ind. schol. Bonn. aest. 1852 *p. XV.* contra carinantes uerba aeque *Castricomius Merulae*, *M. Hauptius Observ. crit. p.* 45

184 homines *Nonius.* Aemonis *Scaliger* Burrus] *cf. Cic. Orat.* 48, 160 '*Burrum semper Ennius nunquam Pyrrhum ... ipsius antiqui declarant libri.*' *Quintilianus I* 4, 15 '*sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena.*' Pyrrhus *Nonius.* Pyrrh[us uti memorant] *Festi cod. uncis inclusa non apparent in cod.*

185 intus *O. Muellerus.* utus *cod. Festi*, *om. Paulus* mussa *cod. Festi* Quintus ... mussabat *Merula* 186 teacida *fragm. Par.* 7530 *Prisciani.* eacida *cod. Char. Monac. Diom.* aiacida *Lugd. Prisc. sed idem statim* aeacida, *ut ceteri* uince^{re} *Reg. Prisc.* uinci *Monac. Diom.*

VIII *

. . . . . stolidum genus Aeacidarum:
Bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes.

IX *

Proletarius publicitus scuteisque feroque
Ornatur ferro, muros urbemque forumque
Excubiis curant.

X

Balantum pecudes quatit: omnes arma requirunt.

non minus ambiguam: aio' e. q. s. Minucius Felix Octau. c. 26 'de Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa confinxit; eum iam Apollo uersus facere desisset; cuius tunc cautum illud et ambiguum defecit oraculum, cum et politiores homines et minus creduli esse coeperunt.' Augustinus de ciu. dei III 17 'cui' (sc. Pyrrho) 'sane de rerum futuro euentu consulenti, satis urbane Apollo sic ambiguum oraculum edidit, ut e duobus quidquid accidisset, ipse diuinus haberetur. Ait enim: dico te Pyrrhe uincere posse Romanos.' Non nominato Ennio eodem uersu utuntur: Quintilianus VII 9, 7 'amphibolia' Charisius IV p. 243 P. (161 Lind.) 'amphibolia' Diomedes II p. 444 P. 'amfibolia' Isidorus Orig. I 33 'amphibolia' Priscianus XVIII p. 1137 P. (II p. 132 K.) 'sed auctores frequentissime *ὑπερβατοῖς* id est transitionibus utuntur, ut: aio' e. q. s. 'est enim ordo: aio Romanos uincere posse te Aeacida.' Donatus p. 1738 P. (6 Lind.) (positione longae sunt syllabae cum correpta uocalis desinit) 'in i litteram solam inter duas uocales loco consonantis positam, quam non nulli geminant ut: aio' e. q. s. Probus p. 1389 P. (43 Lind.) 'i littera duplicem sonum designat .... si undique fuerit cincta uocalibus ut ... aio' e. q. s. Velius Longus p. 2220 P. 'quotiens duabus uocalibus interiecta haec littera' (i) 'est, duarum consonantium obtinet uicem .... aio' e. q. s. Non imperite Valesius uersum in hunc modum Graece conuertit: *νικᾶν σ' Αἰακίδη Ῥωμαίους φημὶ δύνασθαι* VIII Cicero de div. II 56, 116 'quamquam semper fuit ut apud Ennium est: stolidum' e. q. s. IX Gellius XVI 10 'legebatur in consessu forte complurium Ennii liber ex annalibus. In eo libro uersus hi fuerunt: proletarius' e. q. s. (libri nota deest in codicibus omnibus) Nonius p. 155, 21 'proletarii ciues dicebantur, qui in plebe tenuissima erant et non amplius quam mille et quingentos aeris in censum deferebant. Ennius annali: proletarius' e. q. s. X Macrobius Sat. VI 1

---

188 sapientipotentes *Vind.* sapientie potentes *Erl.* 189 proletariut *Nonius* publicitus iam *Reg. Lugd. Gellii* scuteisque *Gronouius.* scutaque *Nonius.* sicuti isque *Gellii Lugd. Voss. Magliab.* sicut usque *Petau.* si uti isq; *Reg.* feroq; *Reg. Lugd. Gellii.* ferique *Nonius* sicuti isque feroque *post* feroq; *iterant Reg. Lugd. Gellii* 190 ornatus *Nonius, rel. om.* mur' *Reg. Lugd.* 191 excubi's *Voss.* excubis *Lugd. Magliab.* 192 balatum *Anglic. Salisb. Neap.*

XI

Incedunt arbusta per alta, securibus caedunt,
Percellunt magnas quercus, exciditur ilex,
Fraxinus frangitur atque abies consternitur alta,
Pinus proceras peruortunt: omne sonabat
Arbustum fremitu siluai frondosai.

XII **

Qui antehac inuicti fuerunt, pater optime Olympi,
Hos et ego in pugna uici uictusque sum ab isdem.

XIII*

Nec mi aurum posco nec mi pretium dederitis:
Non cauponantes bellum sed belligerantes,
Ferro non auro uitam cernamus utrique.
Vosne uelit an me regnare era quidue ferat Fors

p. 504 Jan. 'pulnerulentus eques furit: omnes arma requirunt. [Aen. VII 625] Ennius in sexto ...' XI Macrobius Sat. VI 2 p. 513 Jan. 'itur in antiquam siluam stabula alta ferarum. Procumbunt piceae, sonat icta securibus ilex, Fraxineaeque trabes, cuneis et fissile robur Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos. [Aen. VI 179] Ennius in sexto ...'

XII Orosius IV 1 'sed Pyrrhus atrocitatem cladis' (Heracleensem dicit) 'quam hoc bello exceperat, dis suis hominibusque testatus est, adfigens titulum in templo Tarentini Iouis, in quo haec scripsit: qui' e. q. s. Eadem in Pauli Diaconi Hist. Misc. II 16 p. 785 ed. I Gruter. legi testis Naekius est. Ennio Lud. Lautius uindicauit uersus: de quibus memorabilis est Niebuhrii sententia Hist. Rom. III 560. Cf. Naekius Opusc. I 212 qui et ipse uersus Ennianos habet, mitigatos fortasse ab eo, cui Orosius debet, Liuio: quos ille eleganter hoc graeco epigrammatio expressit: *Ζεῦ πάτερ, οἳ τὸ πάροιθεν ἀνίκατοι πέλον ἄνδρες, Οἳ μὲν ἐνικήθησαν, ἐνικήθην δὲ πρὸς αὐτῶν.* XIII Cicero de off. I 12, 38 'Pyrrhi quidem de captiuis reddendis illa praeclara sententia est: nec' e. q. s. 'regalis sane et digna Aeacidarum genere sententia.' Seruius in Aen. XII 709 'inter se coiisse uiros et cernere ferro: uera et antiqua haec est lectio. nam Ennium secutus

---

194 percellant *Neap.* 196 proceros *Par.* proceres *Angl. Med. Neap.* peruortunt *Angl. Neap.* peruertunt *ceteri* 198 fuerunt *Heynius Opusc. acad. II* 230. fuere uiri *Orosius* qui inuicti ante fuere uiri *Paulus* 199 et ego *Paulus.* ego *Orosius* iisdem *Orosius, Paulus* 200 pretium] aurum *Bamb. a m. pr.* (pretium *corr. m. alt. recentior*) 201 non *Oehl.* nec *ceteri* *Aeschylus Septem* 526 *ἐλθὼν ὁ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην cf. G. Canterus N. L. III* 9

203 era *Bamb. a b Bern. a d.* hera *uulgo* fors *plerique libri, Lambinus ad Hor. Sat. I* 1, 2. sors *Oehl.*

Virtute experiamur. Et hoc simul accipe dictum:
Quorum uirtutei belli fortuna pepercit,
Eorundem libertati me parcere certum est.
Dono ducite doque uolentibus cum magnis dis.

XIV *

Quo uobis mentes rectae quae stare solebant
Antehac, dementis sese flexere uiai?

XV

Sed quid ego hic animo lamentor?

XVI *

Orator sine pace redit regique refert rem.

XVII

. . ast animo superant atque aspera prima
Volnera belli despernunt.

est qui ait: olli cernebant magnis de rebus agentes. et idem: ferro ... utrique.' Idem in Aen. X 532 'quatis parce tuis: parce autem est secundum antiquos serua, ut apud Lucilium et Ennium inuenitur.' Vnde liberalius editores nersiculo qui Vergilii est Ennium locupletarunt. Pomponius in Verg. Aen. III 12 'cum sociis: uersus est Ennii et sunt uerba Pyrrhi.' Quod scholion ad haec tantum quae sunt magnis dis pertinere intellexit Philippus Wagnerus XIV Cicero Cat. mai. 6. 16 (Appius Claudius) 'cum sententia senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho foedusque faciendum, non dubitauit dicere illa, quae uersibus persecutus est Ennius: quo' e. q. s. 'ceteraque grauissime; notum enim uobis carmen est.' XV Donatus in Ter. Phorm. V 4. 2 'parare animo: uenuste additum animo. Ennius in sexto ...' XVI Varro de L. L. VII 41 M. 'apud Ennium: orator' e. q. s. 'orator dictus ab oratione; qui enim uerba orationum haberet publice aduorsus eum quo legabatur, ab oratione orator dictus.' Oratorem Cineam, Pyrrhi comitem, agnouit Columna XVII Schol. Veron. in Verg. Aen.

---

205 quorumue *Bamb. a.* quorumue *Bamb. b m. pr. Bern. b d Erf.* uirtute *Bamb. a b (m. pr.) Bern. a b Erf.* uirtuti *ceteri* 206 horundem *Oehl. corr. ex* eorundem. *Cf. Lachmannus ad Lucr. VI* 456 libertati me *Lachmannus.* me libertati *libri* 207 dis *libri plerique.* diis *Bamb. b Oehl.* 208 qua uobis recte mentes *Monac. c* que recte *Gud.* 209 dementi se *Monac. a (in litura corr. ex* dementes sese), *Gud.* sese dementi *Oehl.* dementes sese *Par.* dementes se *Monac. b c* uiai *Lambinus ad Hor. Carm. III* 5, 45, *Lachmannus ad Lucr. I* 29. uia *libri, nisi quod* uia qua *Oehl.* 212 aut *cod.* animo *H. Keilius.* animos (*uel* animas) *cod.* aspera prima *H. Keilius.* asp ... rima *cod.* asperrima *A. Maius* 213 uolnera]

XVIII

. . . . . diui hoc audite parumper,
Vt pro Romano populo prognariter armis
Certando prudens animam de corpore mitto.

XIX

Lumen . . . . . scitus agaso

XX

Vertitur interea caelum cum ingentibus signis.

XXI

Vt primum tenebris abiectis indalbabat

XXII **

Quem nemo ferro potuit superare nec auro.

LIBER VII

I *

. . . . . scripsere alii rem
Vorsibus quos olim Faunei uatesque canebant:

V 473 p. 95 Keil. '*hic uic*tor superans animis tauroque superbus —— [sse cui superes —] animus pugnandi uires | *si su*perant fetus, pariter frumenta sequentur. Ennius in VI ...' XVIII Nonius p. 150, 6 'prognariter, strenue fortiter et constanter. Plautus Persa ... Ennius annalium lib. VI ...' Non recte Nonium accepisse nocem apertum XIX Festus p. 330 M. '[scitae alias quae sunt] bona facie, alias bonis [artibus mulieres, a p]oëtis usurpantur — Ennius in libro VI ...' XX Macrobius Sat. VI 1 p. 498 Jan. 'uertitur interea caelum et ruit oceano nox. [Aen. II 250] Ennius in libro sexto ...' (libro VI°, om. in, Anglic. Salisb.) XXI Achilles Statius ad Catull. 64, 40 'lustranit aethera album: Ennius de sole: [I 92]. Et in sexto ...' Appuleius Metam. VII in. p. 445 Oud. 'nt primum tenebris abiectis dies inalbebat, et candidum solis curriculum cuncta collustrabat' e. q. s. XXII Cicero de re p. III 3, 6 'ex qua uita' (ciuilem dicit) 'sic summi uiri ornantur, ut uel M' Curius, quem' e. q. s. (·M· cod.)

LIBER VII I Cicero Brut. 19, 76 'tamen illius quem in uatibus et

..fera, *nisi* d *est prima littera*, *cod.* munera *H. Keilius* spernunt *cod.* 214 dini *Junius.* diu *libri* 215 prognauiter *O. Muellerus ad Paulum Festi p.* 95. *Cf. Non.* 154, 30 216 animam *Aldina.* anima *libri* 217 inmen[ta] *H. Ilbergius* 219 indalbabat Orta dies *Wakefieldus ad Lucr. I* 83. inalbabat dies *Statius.* dies inalbebat *Appuleius* 222 uorsibus *aliq. codd. Lagom. in Bruto* 76 uersibus *ce-*

Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat
Nec dicti studiosus erat

* * *

225 ante hunc

* * *

Nos ausi reserare

II

Nec quisquam sophiam sapientia quae perhibetur
In somnis uidit prius quam sam discere coepit.

Faunis annumerat Ennius bellum Punicum quasi Myronis opus delectat. Sit Ennius sane ut est certe perfectior: qui si illum ut simulat contemneret, non omnia bella persequens primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. Sed ipse dicit cur id faciat: scripsere inquit alii rem uorsibus: et luculente quidem scripserunt etiam si minus quam tu polite: nec uero tibi aliter uideri debet, qui a Naeuio uel sumpsisti multa si fateris, uel si negas surripuisti.' Idem Orat. 47, 157 'nec uero reprehenderim scripsere alii rem; scripserunt esse uerius sentio.' Idem Brut. 18, 71 'quid? nostri ueteres uersus ubi sunt? quos olim ... ante hunc, ait ipse de se, nec mentitur in gloriando.' Idem Orat. 51, 171 'ergo Ennio licuit uetera contemnenti dicere: [222]; mihi de antiquis eodem modo non licebit? praesertim cum dicturus non sim: ante hunc, ut ille; nec quae sequuntur: nos ausi reserare.' Varro de L. L. VII 36 M. 'uersibus ... canebant. Fauni dei Latinorum, ita ut Faunus et Fauna sit; hos uersibus quos uocant Saturnios in siluestribus locis traditum est solitos fari futura, a quo fando Faunos dictos. Antiquos poëtas uates appellabant a uersibus uiendis.' Varronem (et Festum p. 325 M.) expilauit is quem hinc exulare nolui scriptor libelli de origine gentis Romanae c. 4. Cicero de div. I 50, 114 'eodem enim modo multa a uaticinantibus saepe praedicta sunt neque solum uerbis sed etiam uersibus ... canebant.' Quintilianus IX 4, 115 'ante enim carmen ortum est quam obseruatio carminis. Ideoque illud: Fauni uatesque canebant.' II Festus p. 325 M. 'sas Verrius putat significare eas teste Ennio qui dicit in I. I: [LX] cum suas magis uideatur significare. sed utique eiusdem l. VII' (cf. H. Keilius l. l. p. 625) 'fatendum est eam significare cum ait: nec' e. q. s. Paulus p. 324 M. 'sam eam. Idem Ennius: nec' e. q. s.

---

teri quo olim *Flor. Varronis* Faunei] fauni et *Varro.* fani *Erl. Cic. de div.* faciem *Turic. Flor. (m. pr.) Guelf. Quintiliani.* fauni *ceteri*

223 *sq.* quisquam superarat nec dicti studiosus erat *Victoriana a.* 1536. nec dicti studiosus quisquam erat (*om.* superarat) *libri omnes*

227 sophiam *Scaliger.* philosophiam *Paulus, Festus, apud quem glossema insequitur* quae doctrina Latina lingua [nomen] non habet *ciectum a Scaligero* peribetur *cod. cf. Lachmannus ad Lucr. III* 597 sapientia quae perhibetur *cum glossemate om. Paulus*

III *

Nec me rem decet hanc carinantibus edere chartis.

IV **

Appius indixit Karthaginiensibus bellum.

V *

Explorant Numidae: totam quatit ungula terram.

VI *

. . . . . tonsas ante tenentes
Parerent, obseruarent, portisculus signum
Cum dare coepisset

VII

Poste recumbite uestraque pectora pellite tonsis.

VIII

Pone petunt: exim referunt ad pectora tonsas.

III Seruius in Aen. VIII 361 'alii' (sc. dicunt carinas) 'quod ibi' (h. e. in lautis cariuis) 'Sabini nobiles habitauerint, quorum genus irridere et carinare solebat. Carinare autem est obtrectare. Ennius: [VI fr. III]. alibi: neque me' e. q. s. Hic inseruit ed. Lips. IV Cicero de inu. I 19, 27 'historia est gesta res ab aetatis nostrae memoria remota, quod genus: Appius' e. q. s. Ennii uersum ed. Lips. agnouit V Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'quadripedante putrem sonitu quatit ungula campum. [Aen. VIII 596] Ennius in sexto . . .' In septimo reposuit Th. Hugius. (in XVII° Sat. hoc uersu praeposito ei qui e XVII allatus paulum infra apud Macrobium legitur) VI Nonius p. 151, 25 'portisculus proprie est hortator remigum, id est qui eandem perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua excursum et exhortamenta moderatur. Plautus Asinaria ... Ennius lib. VIII annalium ...' Septimo ascribit Merula. De portisculo disputauit Gronouius Obseru. IV 26 p. 832 Platn. VII VIII Festus p. 356 M. 'tonsam Ennius significat remum, quod quasi tondeatur ferro, cum ait l. VII: poste' e. q. s. 'item: pone' e. q. s. Paulus p. 357 M. 'tonsa remus, quod quasi tondeatur ferro. Ennius: pone' e. q. s.

---

229 nec me rem *H. Ilbergius.* neque me *Seruius.* sed neque me *Salmasius Exerc. Plin. p.* 283, 1 nec decet haec me e. e. ch. *Laurenbergius Antiq. p.* 69. *Cf. M. Hauptius Obseru. crit. p.* 45

231 umidae *Med. c.* humide *Anglic. Par. Med. a b Neap.*

232 tonsas ante *Columna.* tusante *libri.* tonsamque *Carrio Emend. I* 10. tonsam ante *Scaliger apud Merulam.* tonsam arte *Merula*

235 poste] *cf. Ritschelius Mus. philol. VII* 567 236 exim *Festus. cf. Ritschelius l. l. p.* 475 *VIII* 158, *Lachmannus ad Lucr.*

IX

Denique ui magna quadrupes eques atque elefanti
Projciunt sese

X

Haece locutus uocat quocum bene saepe libenter
Mensam sermonesque suos rerumque suarum

IX Gellius XVIII 5, 4 'quem' (sc. Ennianistam qui Ennii annales legebat) 'cum iam inter ingentes clamores legentem inuenissemus (legebat autem librum ex annalibus Ennii septimum), hos eum primum uersus perperam pronuntiantem audiuimus: denique ... ecus' e. q. s. (ecus Magliab. quadrupe secus Reg. eques Voss. equus ceteri) 'neque multis postea uersibus additis celebrantibus eum laudantibusque omnibus discessit. 5 Tum Iulianus egredieus e theatro: quid nobis inquit de hoc anagnosta et de quadrupede equo uidetur? sic enim profecto legit: denique ... ecus' e. q. s. (equus Voss. quadrupe secus Reg. m. pr. quadrupes equus Reg. m. alt. ceteri) 'ecquid putatis, si magistrum praelectoremque habuisset alicuius aeris, quadrupes equus dicturum fuisse, ac non quadrupes eques? quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse nemo unus litterarum ueterum diligens dubitauit. — — Sed enim contentus inquit ego his non fui: et ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae liquentisque esset, equusne an eques Ennius scriptum reliquisset, librum summae atque reuerendae uetustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius uersus inspiciendi gratia conduxi: et eques, non equus, scriptum in eo inueni.' Nonius p. 106, 31 'equitem pro equo. Verg. Georgicorum lib. III: [115] Ennius annali lib. VII: an non quadrupedes equites.' (ac non Rothius e Gellii l. l. unde etiam quadrupes eques Nonii neglegentiae restituendum fuit) Macrobius Sat. VI 9 p. 548 Jan. 'omnes enim antiqui scriptores ut hominem equo insidentem, ita et equum cum portaret hominem equitem uocauerunt et equitare non hominem tantum sed equum quoque dixerunt. Ennius libro annalium septimo ait: denique' e. q. s. Philargyrius in Georg. III 116 'hic equitem sine dubio equum dicit, maxime cum inferat insultare solo. Ennius annalium VII ...' X Gellius XII 4 'descriptum definitumque est a Quinto Ennio in annali septimo graphice admodum sciteque sub historia Gemini Seruilii uiri nobilis quo ingenio qua comitate' e. q. s. 'amicum esse conueniat hominis genere et fortuna superioris — — haece' e. q. s. 'L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt, Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factam esse.' (L. Aelium ... esse om. Voss.) Cf. I fr. XXX

III 159. exin *Paulus* 237 *ante* denique i *erasum in Reg. Gellii* § 4 ui] *litura in Reg. Gellii* § 4. in *Anglic. Macrobii*, *Reg. Gellii* § 5 magna *Voss. Gellii* § 5. ui magna *ex corr. in Lugd. Gellii* § 4 (i *et* m *m. alt. in litura*) atque] aut *Lugd. Gellii* § 5 elefanti *Voss. Gellii* § 4. elephanti *ceteri* 238 proiciunt *libri* 239 haece locutus *Stephanus.* haec (hec *Reg.* hec *Lugd.* h^{7}- *Bern.*) elocutus (eloquutus *Magliab.* elocutus *Bern.*) *libri* quocum *Thuan. teste Gronouio.* quod cum *Reg.* quodcum *ceteri* 240 mensuram *Voss.*

Congeriem partit, magnam cum lassus diei
Partem fūisset de summis rebus regundis
Consilio indu foro lato sanctoque senatu:
Cui res audacter magnas paruasque iocumque
Eloqueretur, cuncta simul malaque et bona dictu
Enomeret, si qui uellet, tutoque locaret.
Quocum multa uolup ac gaudia clamque palamque.
Ingenium cui nulla malum sententia suadet
Vt faceret facinus leuis aut malus, doctus fidelis
Suauis homo facundus suo contentus beatus
Scitus secunda loquens in tempore commodus uerbum
Paucum, multa tenens antiqua sepulta, uetustas
Quem fecit mores ueteresque nouosque tenentem,
Multorum ueterum leges diuumque hominumque;
Prudenter qui dicta loquiue tacereue possit:
Hunc inter pugnas Seruilius sic compellat.

* *
*

241 congeriem partit] comiter (comitū *Lugd.*) impartit (īpertit *Bern. Reg.* inpertit *Voss.*) *libri* die *Bern. Lugd. Reg.* 242 parte *Voss. Petau. Magliab.* fuisse *Bern.* magna cum lassu' diei Parti fuisset *Lipsius Ant. Lect. II* 22. magna quom lapsa dies iam Parte fuisset *Turnebus Adu. XXVIII* 32 recundis *Bern. Reg.* fecundis *Lugd.* 243 induforio *Lugd.* indu] alīt incluso *Voss. mg.* 244 paruasq; *Bern.* 245 eloqueretur *Petau.* cuncta simul malaque et bona *Th. Hugius.* et cuncta malaq; et bona *Bern. Lugd. Reg.* & cunctam. alusq & bona *Magliab.* cuncta malusq; et bona *Voss. Petau.* tincta malis et quae bona *Lipsius* dictuue nomeret *Petau.* 247 quocum *libri cum Thuan.* (*teste M. Hertzio*) uolup ac *Columna*, *Th. Hugius*, *qui tamen quod uerum est non uidetur assecutus esse.* uoluptate *Reg.* uolupᵗᵃᵗᵉ *Voss.* uolup . . *Bern.* uolup *Petau. Magliab.*, *om. Lugd.* 249 aut *Voss.* haut *Bern. Reg.* haud *ceteri* 250 contẽptus *Voss.* 251 urbum *Bern.* 252 paucum *uulgo.* paucorum *libri* 253 quem fecit] quae facit et *libri.* quem facit et *I. Fr. Gronouius* 254 diuum *Petau.* 255 prudentem *libri* loquiue *Reg.* tacereue *Bern.* tacereque *Voss. Petau. Magliab.* tacere *Lugd. Reg.* possi *Voss.* posset *ceteri* 256 pūgnas *Lugd.* Seruilius sic compellat *J. Bonsa Lucil. p.* 97 (*ed. Lugd.* 1597), *Lachmannus ad Lucr. VI* 1067. compellat (conpellat *Reg.*) seruilius sic *libri*, *nisi*

XI

Mulserat huc nauem compulsam fluctibus pontus.

XII

Alter nare cupit: alter pugnare paratust.

XIII

Deducunt habiles gladios filo gracilento.

XIV

Mox auferre domos populi rumore secundo

XV

Dum censent terrere minis, hortantur ibei sos.

XVI

Fortibus est fortuna uiris data

XVII

Non semper nostra euortet: nunc Iuppiter hac stat.

XI Priscianus IX p. 870 P. (I p. 465 K.) 'mulgeo quoque mulsi facit, quamuis differentiae causa quidam mulxi protulerunt, quia mulceo quoque mulsi facit. Sed Vergilius in III Georgicon: [400]. Ennius in VII annalium . . .' (annali Halberst. in VII annalium om. Sang.) Mulserat Ennii num ad mulgendum recte rettulerit Priscianus docte dubitat Wakefieldus ad Lucr. III 139 XII Festus p. 166 M. 'nare a nane ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans ut nauis. Ennius l. VII . . .' XIII Nonius p. 116, 6 'gracilitudo et gracilens pro gracilis, et gracilentum pro gracili, et gracilium pro gracilitas . . . . Ennius lib. VII . . .' XIV Nonius p. 385, 17 'rumor, fauor, auxiliatio — — Ennius annali lib. VII: [legio rediit rumore ruinas] Mox' e. q. s. Cf. inc. nom. LXXIII XV Festus p. 301 M. 'sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius li. I: [XX] l. III: [V] l. VII: dum' e. q. s. XVI Macrobius Sat. VI 1 p. 506 Jan. Ennius in Alexandro: multi . . . obscurat nomina. audentes fortuna iuuat. [Aen. X 284] Ennius in septimo . . .' XVII Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'ne qua meis dictis esto mora:

---

quod sicaelium. stilonem *Reg.* sic aelium *Bern.* si celium *Lugd.* sic. T. aelium *Magliab.* sic. t. aelium *Petau. de quibus uide supra* 257 nauim *Lugd. Sang.* conpulsam *Reg.* conpulsa *Halberst.* 258 paratust *Festus O. Muelleri.* parat'.I *cod. teste H. Keilio l. l. p.* 621 259 deducunt] *h. e. proculunt. cf. Th. Hugius* radios *Lipsius Ant. Lect. V* 10 filum] *cf. Lachmannus ad Lucr. V* 571, *Turnebus Adu. XXVIII* 11 260 legio reducta ruinis Mox se auferre *Th. Hugius* 261 ibei *O. Muellerus.* be *cod.* ibi *Lindemannus.* ei *Scaliger Salisb.* uestra *ceteri* 262 data nomina *Neap.* 263 nostra euertit *libri*

XVIII

[Heu] quianam dictis nostris sententia flexa est?

XIX

Solporeas posuit spiramina Naris ad undas.

XX

Russescunt frundes

XXI

. . . . . longique cupressi
Stant rectis foliis et amaro corpore buxum.

LIBER VIII

I *

. . . . . Poeni stipendia pendunt.

II *

. . . . . postquam Discordia taetra
Belli ferratos postes portasque refregit

Inppiter hac stat. [Aen. XII 565] Ennius in septimo . . .' XVIII Festus p. 257 M. 'quianam pro quare et cur positum est apud antiquos — et Ennium in l. VII . . .' Paulus p. 256 M. 'quianam pro quare et cur ponitur. Ennius: quianam' e. q. s. XIX Priscianus VI p. 691 P. (I p. 239 K.) 'Nar seruauit a productam etiam in obliquis casibus. Ennius in VII annalium . . .' (in Reg. m. alt. add. uersum) XX Charisius I p. 105 P. (75 Lind.) 'frus huius frundis; quod sic ab Ennio est declinatum annalium libro VII . . .' XXI Philargyrius in Georg. II 444 'buxum lignum non arborem dixit: quamuis Ennii exemplo et arborem potuerit dicere neutro genere. Ille enim sic in septimo . . .'

LIBER VIII I Varro de L. L. V 182 M. 'militis stipendia ideo, quod eam stipem pendebant; ab eo etiam Ennius scribit: Poeni' e. q. s. II Seruius in Aen. VII 622 'rupit Saturnia postes. acyrologiam fecit commentando Ennii uersum. Nam ille ait: belli' e. q. s. Horatius Sat. I 4, 60 'non, ut si soluas postquam Discordia taetra Belli ferratos postes portasque refregit, Inuenias etiam disiecti membra poëtae.' Porphyrio in h. l. 'est sensus: si dissoluas uersus uel meos uel Lucilii,

---

264 heu *add. A. Augustinus, Scaliger conl. Verg. Aen. V* 13 uostris *Th. Hugius* 265 sulpo͞reas *Bern.* solphoreas *Lugd.* solphureas *Sang.* sulphureas *Reg. Halberst.* nâris *Lugd.* 266 russescunt *cod., quae uox lexicis erit addenda.* rurescant *ed. pr.*

III

Pellitur e medio sapientia, ui geritur res,
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Haut doctis dictis certantes sed maledictis
Miscent inter sese inimicitiam agitantes.
Non ex iure manum consertum sed magi' ferro
Rem repetunt regnumque petunt, uadunt solida ui.

IV *

Poeni suos soliti dis sacrificare puellos.

non inuenies eadem membra quae sunt in Ennianis uersibus qui magno scilicet spiritu et uerbis altioribus compositi sunt, uelut hi sunt: postquam' e. q. s. Acro ibid. 'postquam ... refregit: haec Ennii uerba sunt.' III Gellius XX 10 'ex iure manum consertum — ex Ennio ergo inquam est magister quod quaero; Ennius enim uerbis hisce usus est .... tum ego hos uersus ex octauo annali absentes dixi: nam forte eos tamquam insigniter praeter alios factos memineram: pellitur' e. q. s. 'cum hos uersus Ennianos dixissem' e. q. s. Lactantius Diu. Inst. V c. 1 'disceptatione sublata pellitur ... res, ut ait Ennius.' Cicero ad fam. VII 13, 2 'tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit. Nam, ut audio, istic non ex iure ... repetunt.' Idem pro Murena 14, 30 'etenim, ut ait ingeniosus poëta et auctor ualde bonus, proeliis promulgatis pellitur e medio non solum ista uestra uerbosa simulatio prudentiae sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia: ui geritur res. spernitur orator non solum odiosus in dicendo ac loquax, uerum etiam bonus: horridus miles amatur. Vestrum uero studium totum iacet:' (bonus ... iacet om. Helmst.) 'non ex iure manum consertum sed ferro inquit rem repetunt.' IV Festus p. 249 M. 'puelli per deminutionem a pueris dicti sunt, itaque et Ennius ait: Poeni' e. q. s. Paulus p. 248 M.

---

272 tollitur *Lagom. plerique.* repellitur *Lagom.* 9. bellatur *Helmst. pro Mur.* sapienti *Voss. Gellii* ui geritur res: spernitur] uigeri turres spernitur *Lugd. Gellii* uidetur respuitur *pro Mur. Helmst. aliq. codd. Lagom.* uidetur respui spernitur *Salisb. ibidem.* uidetur resperni *siue* uidetur R. p. spernitur *ceteri codd. Lagom.* 273 a^r^matur *Petau.* amiĩ *Lugd. Gellii* 274 haut *Reg. Lugd.* haud *ceteri* sed *Columna.* nec *libri nisi quod* n^c^ *Lugd.* 275 inimicitiam *libri.* inimicitias *uulgo* 276 ex me iure *Lugd.* manu *Gellii Reg. Voss. Lugd. Magliab. pro Mur. Salisb. Lagom.* 65 *Eadem iuris formula utuntur Varro de L. L. VI* 64 *M. Cicero pro Mur.* 12, 26. *de orat. I* 10, 41 *libris in* manum *et* manu *formis diuergentibus* magis ferro *Med. ad fam.* magis errore *libri Gelliani.* magis *om. Cic. pro Mur.* 277 rei repetunt *Gellii Voss. Petau. Magliab.* reipetunt *Reg. Lugd. Gellii* solidaui *Voss. Petau.* solita iucum *Lugd.* solita uicum *Reg. uide supra* 278 Poeni suos soliti

V *

Is pernas succidit iniqua superbia Poeni.

VI **

Marsa manus Peligna cohors Vestina uirum uis

VII

Consequitur. summo sonitu quatit ungula terram.

VIII

praecox pugna est

IX

Certare abnueo: metuo legionibus labem.

X **

Hostem qui feriet mihi erit Karthaginiensis
Quisquis erit.

'puelli pueri per deminutionem. Ennius: Poeni' e. q. s. Nonius p. 158, 20 'puellos pueros — — Ennius: suos' e. q. s. V Festus p. 305 M. '[sup]pernati dicu[ntur, quibus femi]na sunt succisa [in modum suilla]rum pernaru[m. Ennius in annalibus]: is' e. q. s. Paulus p. 304 M. 'suppernati dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum. Ennius: his' e. q. s. VI Charisius IV p. 251 P. (167 Lind.) '*σχέσις ὀνομάτων*' Diomedes II p. 441 P. '*σχέσις ὀνομάτων*' Donatus de schematibus p. 1774 P. (31 Lind.) '*σχέσις ὀνομάτων*' Pompeius Donati comment. p. 460 Lind. 'faciebant uersum in quo uersu non inuenies nisi omnia nomina, ut: ... magna' e. q. s. Beda in Rhet. Lat. Pith. p. 345 '*σχέσις ὀνομάτων*' Ennio, cuius nulla apud grammaticos mentio, ascribit Columna VII Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'quadripedante putrem sonitu quatit ungula campum. [Aen. VIII 596] Ennius in sexto: [VII fr. V] idem in octauo ...' (idem in octauo cum uersu Ennii om. Neap.) VIII Nonius p. 150, 16 'praecox et praecoca, quod est immatura. Ennius annali lib. VIII ...' IX Diomedes I p. 378 P. 'apud ueteres et abnueo dictum annotamus ut Ennius octauo annalium ...' Schol. Veron. in Aen. X 8 p. 102 Keil. '[*abnueram: Ennius annalium* — haec abnu —]' Ab A. Maio lecta H. Keilio non iam apparebant X Cicero pro Balbo 22, 51 'neque enim ille summus poëta noster Hannibalis illam magis cohortationem

---

dis] paenisolilis nos *cod. Festi teste H. Keilio l. l. p.* 623. Poeni solili suos *Festus O. Muelleri*, *Paulus*. suos diuis *Nonius*. Poeni dis solili sos *Th. Hugius*, *a quo non pendet mea emendatio* 279 is *Festus. cf. Lachmannus ad Lucr. IV* 933. his *Paulus* idit iniqua superbia *non apparent in cod. Festi* 280 marsa *Par. Donati*, rs *m. alt. in rasura.* magna *Pompeius* Vestina *J. Dousa a Merula laudatus*, *Niebuhrius Hist. Rom. I* 113 *ed.* 3. festina *libri* festinanimus uis *Monac. Diom. m. pr.* rum uis *cod. Char.* 281 cum sequitur *Salisb.*

XI

Iamque fere puluis ad caelum uasta uidetur.

XII

Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.

XIII

Densantur campis horrentia tela uirorum.

XIV *

Seruius in Aen. I 20 'in Ennio enim inducitur Iuppiter promittens Romanis excidium Carthaginis.'

XV *

Romanis luno coepit placata fauere.

XVI

Amplius exangere obstipo lumine solis

XVII

Nunc hostis uino domiti somnoque sepulti

XVIII

Ast occasus ubi tempusue andere repressit

quam communem imperatoriam noluit esse: hostem qui feriet inquit mihi erit' (erit inquit mihi Par.) 'Carthaginiensis. quisquis erit. [Cuius enim quisque] ciuitatis sit, id habent hodie leue et semper habuerunt.' (quisquis erit. ciuitatissiet id habent hoclene Par. em. C. Halmius) XI Nonius p. 217, 11 'pulnis generis masculini ut saepe. Feminini Ennius lib. VIII annalium ...' XII Macrobius Sat. VI 1 p. 501 Jan. 'ac ferreus ingruit imber. [Aen. XII 284] Ennius in octauo ...'

XIII Priscianus IX p. 866 P. (I p. 160 K.) 'denseo denses et denseo densas .... a denso Ennius in VIII annalium ...' (·UII· Sang.) XV Seruius in Aen. I 281 'consilia in melius referet: quia bello Punico secundo, ut ait Ennius, placata luno coeperit fauere Romanis.' XVI Festus p. 193 M. 'obstitum obliquum. Ennius l. XVI: [XIII] et in l. VIII ...'

XVII Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'inuadunt urbem sõmno uinoque sepultam.' [Aen. II 265] Ennius in octauo ...' XVIII Festus p. 178 M.

Med. a b somno *Med.* summam *Merula* 287 hastalis pergunt *Med. m. pr.* 288 denssãtur *Reg.* horentia *Lugd.* horentia *Reg.* 289 *Hexametrum praeiuit Th. Hugius. metro soluto* placata luno coeperit fauere Romanis *Seruius* 290 obstipo lumine *A. Augustinus.* obstipolumine *cod.* 291 hostis *Neap.* hostes *ceteri* 292 ast *Columna.* aut *cod.* andere repressit] *cf. Lachmannus ad Lucr. IV* 244

XIX *

Quintus pater quartum fit consul

XX *

. . . . . de muris rem gerit Opscus.

XXI *

Ob Romam noctu legiones ducere coepit.

XXII *

Summus ibi capitur meddix: occiditur alter.

XXIII

. . multa dies in bello conficit unus:
Et rursus multae fortunae forte recumbunt:
Haudquaquam quemquam semper fortuna secuta est.

'occasus interitus ... quo nocabulo Ennius est usus in lib. II: [IV fr. I] item in l. V: [I] item in l. VIII ...' XIX Gellius X 1 'uerba M. Varronis ex libro disciplinarum quinto haec sunt: aliud est quarto praetorem fieri et quartum: quod quarto locum adsignificat ac tres ante factos; quartum tempus adsignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte quod scripsit: Quintus' e. q. s. (Ennius recte quod scripsit bis Lugd.) Nonius p. 435, 13 'quartum et quarto prudentes differre dixerunt. Varro disciplinarum quinto: aliud est quarto praetorem fieri aliud quartum': (aliud quartum om. Leid.) 'et quartum' (quarto Leid.) 'locum significat et tres ante factos, quarto tempus significat et ter ante factum. Ennius recte: Quintus' e. q. s. Huic libro Merula ascribit cum tribus proximis XX Festus p. 198 M. 'Oscos quos dicimus ait Verrius Opscos antea dictos teste Ennio quom dicat: de' e. q. s. XXI Paulus Festi p. 179 M. 'ob praepositio .... pro ad, ut Ennius: ob' e. q. s. Festus p. 178 M. (post magnam lacunam) 'Romam noc ..... ob Troiam duxit.' Idem p. 190 M. 'praepositionem ob pro ad solitam poni testis hic uersus ... et Ennius: ob' e. q. s. Paulus p. 147 M. 'mortem obisse dicimus ea consuetudine qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas et ob Romam duxit exercitum.' XXII Paulus Festi p. 123 M. 'meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius: summus' e. q. s. Thesaur. non. Lat. (A. Mai auct. class. VIII 360) 'meddis magistratus, didascalatus. Caecilius: ubi summus' e. q. s. XXIII Macrobius Sat. VI 2 p. 510 Jan. 'multa dies

293 Quintus] quintum *Leid.* 296 ubi summus *Thesaur. cf. Bergkius Ind. lect. Marb. aest.* 1844 *p. III, ubi tamen 'tuticum meddicem' quem poëta 'summum' dicit parum recte explicuit. Quode adi Th. Mommsenum de dialectis Ital. inf. p.* 304. *de meddice idem p.* 278 *et Schoemannus Ind. schol. Gryphisw. aest.* 1840 *Post* 297 *excidisse uersiculum suspicor* 299 quemquam *om. Anglic. Par. Med. Neap.*

XXIV

300 . . . . . Poenos Didone oriundos

LIBER IX

I

[Fortuna] uaria ualidis cum uiribus luctant.

II *

Liuius inde redit magno mactatus triumpho.

III **

Europam Libyamque rapax ubi diuidit unda

IV

Additur orator Cornelius suauiloquenti
305 Ore Cetegus Marcus Tuditano conlega

uarinsque labor mutabilis aeui Rettulit in melius: multos alterna reuisens Lusit et in solido rursus fortuna locauit. [Aen. XI 425] Ennius in octauo ...'

XXIV Priscianus VI p. 685 P. (I p. 231 K.) 'quod autem Ionis et Didonis Calypsonis dicitur, ostendit .... Ennius in VIII ...' (in VIII Ennius Halberst. Reg. m. pr.)'

LIBER IX I Nonius p. 472, 7 'luctant pro luctantur. Ennius lib. VIIII ...' II Seruius in Aen. IX 641 'mactus autem apud ueteres etiam mactatus dicebatur, ut Ennius: Liuius' e. q. s. Huc rettulit Merula

III Cicero Tusc. disp. I 20, 45 'etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti uiderunt et eas angustias per quas penetrauit ea quae est nominata Argo .... aut ii qui Oceani freta illa uiderunt Europam' e. q. s. 'quod tandem spectaculum fore putamus?' Idem de nat. deorum III 10, 24 'quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius, quid freto Siciliensi, quid Oceani feruore illis in locis Europam' e. q. s. Ennio Merula, huic sedi uindicauit Th. Hugius IV Cicero Brut. 15, 58 'M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiae est auctor, et idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius — — est igitur sic apud illum in nono ut opinor annali: additur .... filius. Et oratorem appellat et suauiloquentiam tribuit ... sed est ea laus eloquentiae certe maxima: is dictust .... populi: probe uero; ut enim hominis ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia, qua uirum excellentem praeclare

---

300 phoenos *Lugd.* penos *Halberst. Reg. Sang.* 301 fortuna *om. libri* uaria *Bamb.* uiri a *ceteri* cum *J. Dousa apud Merulam*, *Wakefieldus ad Lucr. I* 288, *om. libri* uiri ualidis a uiribus *Th. Hugius* 303 Lybiamque *Gud. in Tusc.* libiamque *Erl. de n. d.* 305 Cethegus *libri*

Marci filius
. . is dictust ollis popularibus olim
Qui tum uiuebant homines atque aeuum agitabant
Flos delibatus populi suadaeque medulla.

V *

Nauibus explebant sese terrasque replebant.

VI *

Africa terribili tremit horrida terra tumultu

tum illi homines florem populi esse dixerunt. Suadaeque medulla. *Πειθὼ* quam uocant Graeci, cuius effector est orator, hanc suadam appellauit Ennius; eius autem Cethegum medullam fuisse nullt .... at hic Cethegus consul cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo .... et id ipsum nisi unius esset Ennii testimonio cognitum, hunc uetustas, ut alios fortasse multos, oblitione obruisset.' Quintilianus XI 3, 31 'nam sonis homines ut aera tinnitu dignoscimus. Ita fiet illud quod Ennius probat cum dicit suauiloquenti ore Cethegum fuisse.' Gellius XII 2 'in libro enim uicesimo secundo epistularum moralium quas ad Lucilium composuit' (A. Seneca) 'deridiculos uersus Q. Ennium de Cethego' (decet ego Bern. Lugd. Reg. de cetego corr. Bern.) 'antiquo uiro fecisse hos dicit: is dictust' e. q. s. 'ac deinde scribit de iisdem uersibus uerba haec: admiror eloquentissimos uiros et deditos Ennio pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter bonos eius uersus et hos refert.' Seruius in Aen. VIII 500 'Hos ueterum: Enniannm.' Cicero Cat. mai. 14, 50 'M. uero Cethegum quem recte suadae medullam dixit Ennius.' Quintilianus II 15, 4 (Isocrates) 'finem artis temere comprehendit, dicens esse rhetoricen persuadendi opificem, id est *πειθοῦς δημιουργόν*; neque enim mihi permiserim eadem uti declinatione qua Ennius M. Cethegum suadae medullam uocat.' V Seruius in Aen. VI 545 'explebo est minnam. nam ait Ennius: nauibus' e. q. s.

VI Festus p. 153 M. 'metonymia .... ut Ennius cum ait: Africa' e. q. s. Cicero Orat. 27, 93 'quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit, cum dixit Ennius: arce et urbe orba sum; alio modo, si pro patria arcem dixisset; et horridam Africam terribili tremere tumultu cum dicit, pro Afris immutat Africam.' Idem de orat. III 42, 167 'ne illa quidem traductio atque immutatio in uerbo quandam fabricationem habet [sed in oratione]: Africa' e. q. s. 'pro Afris est sumpta Africa.' (Deest in Erl. a) Idem ad Fam. IX 7, 2 'sed ridicula missa; praesertim cum sit nihil quod ridcamus: Africa' e. q. s. Hoc loco posuit Th. Hugius

---

307 is dictust ollis *Gronouius.* dicitis dictus tollis *Reg. Lugd. Bern.* dicit Is dictus tollis *Magliab.* dicit his dictus tolleres *Voss.* dicitas dictus tollis *Petau. Gellii cf. supra.* is dictus, *om.* ollis, *libri in Brut.* 308 agebant *libri in Brut. cf. Lachmannus ad Lucr. II* 466 309 debili,tat' *Bern.* populis uada *Bern. Lugd. Reg. Petau.* populi suada *Magliab. Voss. Gellii* 311 terribilis *Abrinc. Erl. b de orat.* tremis *cod. Festi*

VII *

. . . . . perculsi pectora Poeni

VIII *

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.
Noenum rumores ponebat ante salutem.
Ergo plusque magisque uiri nunc gloria claret.

VII Columna p. 148 'hoc fragmentum mihi e Cosentia Fabius Aquinas misit: quod a quodam suo uetustissimo Statii interprete M. S. excerpsit: cuius nomen, cum in illius libri principio et fine multae desiderentur paginae, prorsus ignoratur. Constat tamen ex collatione non esse Lactantium.' Mihi non aliunde innotuit fragmentum. Similiter Silius VIII 211 'instincti pectora Poeni.' VIII Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'unus qui nobis cunctando restituit rem. [Aen. VI 847] Ennius in duodecimo: unus ... rem.' (in VII° Salisb. Ennius .... rem om. Med. c) Huic libro uindicauit Th. Hugius. Cicero de off. I 24, 84 'quanto Q. Maximus melius de quo Ennius: unus' c. q. s. Idem Cat. mai. 4, 10 'hic' (Q. Fabius) 'et bella gerebat ut adulescens cum plane grandis esset et Annibalem inuenciliter exultantem patientia sua mollichat: de quo praeclare familiaris noster Ennius: unus' c. q. s. Seruius in Aen. VI 846 'tu Maximus ille es, Vnus qui nobis cunctando restituis rem: ille autem est de quo ait Ennius: unus ... rem. Sciens enim Vergilius quasi pro exemplo hunc uersum posuit.' Seruium exscripsit Mythograph. Vatic. I fab. 224 (A. Mai auct. class. III 79) Liuius XXX 26 'eodem anno Q. Fabius Maximus moritur .... cautior tamen quam promptior hic habitus fuit: et sicut dubites, utrum ingenio cunctator fuerit an quia ita bello proprie quod tum gerebatur aptum erat; sic nihil certius est quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait.' Cicero ad Atticum II 19, 2 'Bibulus in caelo est; nec quare scio; sed ita laudatur quasi unus ... rem.' Suetonius Tiber. c. 21 'omnes confitentur, uersum illum in te posse dici: unus h. u. uigilando r. r.' Ouidius Fast. II 241 'unus de Fabia gente relictus erat: Scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci, Cui res cunctando restituenda foret.' Serenus Samonicus de med. 1101 'hinc quondam Fabio uerum cognomen adhaesit, Qui solus patriae cunctando restituit rem.' Polybius III 105, 8 '*τοῖς μὲν οὖν παρ' αὐτὸν γενομένοις τὸν κίνδυνον ἦν ἐναργές, ὅτι διὰ μὲν τὴν Μάρκου τόλμαν ἀπώλωλε τὰ ὅλα, διὰ δὲ τὴν εὐλάβειαν τοῦ Φαβίου σέσωσται καὶ πρὸ τοῦ καὶ νῦν.*'

---

313 unus homo qui nobis *Monac. a b Par. Cat. m.* (*nisi quod* qui *compunctum in Par. erasum in Monac. a*). unus qui nobis *Gud. Oehl. ibidem*, *Seruius*, *Mythographus* restituit *Bamb. a de off.*
314 noenum *Lachmannus ad Lucr. III* 198. non enim rumores ponebat *libri de off. Par.* (*nisi quod in hoc* ponebant) *Monac. a b Cat. m.* non ponebat enim rumores *ceteri* 315 plusque *J. Bernaysius.* postque *libri* ergo magisque magisque *Muretus Var. Lect. VI* 14 nunc *om. Oehl. de off.*

IX

. . mortalem summum fortuna repente
Reddidit, e summo regno ut famul infimus esset.

X

Sed quid ego haec memoro? dictum factumque facit frux

XI

Puluis fulua uolat

XII

. . . . . praeda exercitus undat

XIII *

Scipio inuicte

XIV

. . . libertatemque ut perpetuassint
Maxime

IX Nonius p. 110, 7 'famul, famulus. Ennius lib. VIIII ...' Cf. Lucretius III 1032 'Scipiadas, belli fulmen, Carthaginis horror, Ossa dedit terrae proinde ac famul infimus esset.' X Priscianus VI p. 724 P. (I p. 284 K.) 'frux etiam frugis facit genetiuum, quia ἀπὸ τοῦ φρύγω uerbo Graeco nascitur. Ennius in XVI: [XVIII]. Idem in VIIII pro frugi homo frux ponit quod est adiectiuum: sed' e. q. s. 'id est frugi homo.'

XI Nonius p. 217, 10 'puluis generis masculini ut saepe. Feminini Ennius lib. VIII annalium: iamque fere puluis ad caelum nasta uidetur. Idem lib. VIIII ...' XII Seruius in Georg. II 437 'undantem abundantem. Ennius lib. IX ...' Supersunt non nisi in G Lionis XIII Cicero Orat. 45, 152 'nobis ne si cupiamus quidem distrahere noces conceditur. Indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poëtae praeter eos, qui ut uersum facerent saepe hiabant ut Naeuius .... at Ennius semel Scipio inuicte.' Huic loco uindicatum ab Th. Hugio XIV Nonius p. 150, 30 'perpetuitas sit perpetua aeterna. Ennius annali

---

316 summa *Leid.* repentente *W* 317 e summo regno, ut famul *Gifanius.* summo regno famul ut *libri.* ut summo e regno famul *Columna* infimus *Lipsius Ant. Lect. IV* 5. optimus *libri.* ultimus *N. Faber* 318 que *Reg. m. alt.* 319 iamque fere puluis *libri. glossema eieci cum Th. Hugio* 321 *Cf. Ritschelius Prol. Trin. p. CXCVIII, Lachmannus ad Lucr. VI* 743 322 perpetuassint *Bentinus et 'ex antiquo exemplari' Merula.* perpetuitas sintque *libri nisi quod* perpetiuit assint *Leid.*

XV

Rastros dentiferos capsit causa poliendi
Agri

* *
*

XVI

Ciclopis uenter uel ut olim turserat alte
Carnibus humanis distentus

XVII

. . . . . lychnorum lumina bis sex

XVIII

Debilo homo

XIX *

. . . . . Sarra oriundi

XX *

. . . . . tunicata iuuentus

lib. VIIII ...' XV Nonius p. 66, 27 'politiones agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta et ad nitorem deducta. Ennius saturarum lib. III ... idem annali libro VIIII ...' Cf. Paulus Festi p. 57 M. 'capsit prenderit' XVI Priscianus IX p. 870 P. (I p. 465 K.) 'in geo desinentia l uel r antecedentibus, geo in si conuersa faciunt praeteritum perfectum, ut .... turgeo tursi, tergeo tersi — — Ennius in VII annali: [XI] idem in VIIII ...' (IX Lugd.) XVII Macrobius Sat. VI 4 p. 523 Jan. (Vergilius) 'inseruit operi suo et Graeca uerba, sed non primus hoc ausus: auctorum enim ueterum audaciam secutus est. Dependent lychni laquearibus aureis. [Aen. I 726] sicut Ennius in nono ...' XVIII Nonius p. 95, 32 'debilo, debilis. Ennius lib. VIIII ...' (lib. VIII ante Mercerum) XIX Probus in Georg. II 506 p. 53 Keil. 'Sarrano dormiat ostro: Tyriam purpuram uult intellegi Sarranum ostrum. Tyrou enim Sarram appellatam Homerus docet, quem etiam Ennius sequitur auctorem, cum dicit Poenos Sarra oriundos.' XX Gellius VII 12 'Q.' (Q. Rottend. Que Vat. Q̄ Par.) 'quoque Ennius Carthaginiensium' (carthaginensium Par. cartaginiencsium Rottend.) 'tunicatam iuuentutem non uidetur sine probro dixisse.' (iuuentutem tunicatam Rottend.) Nonius p. 536, 31 'tunica est uestimentum sine manicis — — Ennius probro Carthaginiensium tunicatam iuuentutem uoluit dicere.' (Cartaginiensium Bamb.)

---

324 dentiferos *Th. Hugius.* dentefabres *libri* 326 Ciclopis *Bern.* Cyclopis *ceteri* uelim *Reg.* uelut *ceteri* turserat *Sang.* tserat *in* tserat *corr. Bern.* alte *J. Dousa apud Merulam.* alti *libri*
329 debil *Lipsius Ant. Lect. IV* 5 330 Sarra oriundi *Th. Hugius*
331 tunicata iuuentus *Merula*

LIBER X

I *

Insece Musa manu Romanorum induperator
Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.

II

Leucatam campsant

III *

335 Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus

LIBER X I Gellius XVIII 9 'insequendo enim scribi, inquit, debet, non insecendo, quoniam insequens significat: dictum est insequae quasi perge dicere et insequere: itaque ab Ennio scriptum in his uersibus: insequ' e. q. s. — 'Velio Longo, non homini indocto, fidem esse habendam: qui in commentario quod fecisset de usu antiquae locutionis scripserit non insequae legendum apud Ennium, sed insece — — ego arbitror et a M. Catone insecendo et a Q. Ennio insece scriptum sine u littera. Offendi enim in bibliotheca Patrensi librum uerae uetustatis Liuii Andronici, qui inscriptus est Ὀδύσσεια, in quo erat uersus primus cum hoc uerbo sine u littera: nirum mihi Camena insece uersutum' e. q. s. Totum locum ex uno Buslidiano codice, qui codex hodie euanuit, rettulit G. Canterus N. L. II 6. Paulus Festi p. 111 M. 'insequae apud Enuinm dic; insexit dixerit.' In huius libri initio Merula posuit II Priscianus X p. 906 P. (I p. 510 K.) 'cambio ἀμείβω ponit Charisius et eius praeteritum campsi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἔκαμψα Graeco esse uidetur. Vnde et campso' (camso Reg.) 'campsas solebant uetustissimi dicere. Ennius in X ...' (XI Sang. Lugd.) III Cicero de re p. I 18, 30 'in ipsius paterno genere fuit noster ille amicus, dignus huic ad imitandum, egregie' e. q. s. 'qui egregie cordatus et catus fuit et ab Ennio dictus est, non quod ea quaerebat quae numquam inueniret, sed quod ea respondebat quae eos qui quaesissent et cura et negotio soluerent.' Idem de orat. I 45, 198 'ut ille qui propter hanc iuris ciuilis scientiam sic appellatus a summo poëta est: egregie' e. q. s. (om. h. l. Abrinc. Erl. a) Idem Tusc. disp. I 9, 18 'aliis cor ipsum animus uidetur: ex quo excordes uecordes concordesque dicuntur; et Nasica ille prudens bis consul Corculum et egregie' e. q. s. Varro de L. L. VII 46 M. 'apud Ennium: iam cata signa fere sonitum dare uoce parabant; cata, acuta: hoc enim uerbo dicunt Sabini; quare catus Aelius Sextus, non ut aiunt sapiens sed acutus.' Huic libro insertus ab Merula

---

334 Leucatan *Reg. Bern. Halberst.* leocaten *Sang. Lugd. Cf. Ritschelius Prol. Trin. p. LXXXVII* Leucatam flectere *Cicero ad Att. V* 9, 1 campsant *Halberst. Bern. Similiter Graeci κάμπτειν ἄκραν siue ἀκρωτήριον (Herod. IV* 43 *alibi) Cf. Turnebus Adu. XVI* 6

335 Aelius] elius *Flor. Varronis*

IV

Insigneita fere tum milia militum octo
Duxit dilectos bellum tolerare potentes

V **

Sollicitari te Tite sic noctesque diesque

* *
*

O Tite si quid te adiuero curamue leuasso
Quae nunc te coquit et uersat in pectore fixa,
Ecquid erit praemi?

* *
*

Ille uir haut magna cum re set plenus fidei

VI

Hinc nox processit stellis ardentibus apta.

VII

Sicut si quando uinclis uenatica uelox

IV Priscianus I p. 556 P. (I p. 37 K.) 'finalis dictionis subtrahitur m in metro plerumque, si a uocali incipit sequens dictio ... uetustissimi tamen non semper eam subtrahebant. Ennius in X annalium ...' V Cicero Cat. mai. 1. I 'o Tite .... praemi? Licet enim mihi uersibus eisdem affari te, Attice, quibus affatur Flamininum ille uir' c. q. s. 'quamquam certo scio, non ut Flamininum sollicitari' c. q. s. VI Macrobius Sat. VI 1 p. 498 Jan. 'axem umero torquet stellis ardentibus aptum. [Aen. IV 482] Ennius in primo: [XXVII] et in tertio: [XIV] et in decimo ...' (idem in X° Salisb.) VII Festus p. 177 M. 'nictit canis in odorandis ferarum

---

336 insignata *Sang. Lugd. Halberst.* insignita *ceteri* militum octo] *cf. Lachmannus ad Lucr. II* 466 337 dilectŏs *Sang.* dilectus *Lugd.* delectos *ceteri* tollerare *Sang.* 338 °tite *Monac. c.* Actice *Oehl.* sic *om. Monac. c* noctes *Oehl.* 339 Actice *Oehl.* si quid te adiuuero *Par.* siquid (quit *Monac. c*) ego adiuto *Monac. a b c Oehl.* si quid ego adiuuero *Gud.* leuasso] l'leuauero *manu antiqua superscr. in Par.* 340 te nunc *Oehl.* uersat in] uersatur *Monac. c* firma ecquid erit *Gud.* fixa et qua deprimeris ecquid (et quid *Monac. b*) erit *Monac. a b c Oehl.* 341 premii *Gud.* precii *Monac. a b c Oehl.* et quid erit praemii *Par. mg. manu antiqua* 342 ille uir ennius *Monac. c* haut *Monac. b c.* aut *Gud.* haud *ceteri* cum magna re *Monac. a b c.* multa cum re *Gud.* set *Gud.* sed *ceteri* fide *Oehl.* 343 hic *Med. a.* haec *Salisb.* praecessit *Med. b* 344 sicuti si quando *Scaliger*

Apta solet canis forte feram sei nare sagaci
Sensit, uoce sua nictit ululatque ibi acute.

VIII

Aspectabat uirtutem legionis suai
Expectans si mussaret quae denique pausa
Pugnandi fieret aut duri finis laboris.

IX

. . . . . horitatur induperator

X

Regni uersatum pilam summamue columnam

* * *

uestigiis leuiter ganniens, ut Ennius in l. X: ueluti' e. q. s. 'unde ipsa gannitio.' Paulus p. 176 M. 'nictit canis in odorandis ferarum uestigiis leuiter ganniens. Ennius: nare ... ululatque. unde et gannitio.' Thesaurus nou. Lat. (A. Mai auct. class. VIII 372) 'hinc etiam nicto as, cii uel nictui, quod proprie pertinet ad canes, quando bestiarum uestigia insequuntur; unde et Caecilius de quodam cane bene inquit: nictit holetque.' VIII Philargyrus in Georg. IV 188 'mussant hic murmurant. Quae uox ponitur et in tacendi significatione, ut apud Ennium in XVII: [VI] Interdum et pro dubitare ut: [Aen. XII 657] [Mussant autem murmurant] Ennius in X sic ait: aspectabat' e. q. s.

IX Diomedes I p. 378 P. 'hortatur quod uulgo dicimus, ueteres non nulli horitur dixerunt ut Ennius XVI annalium: [XV] Idem in X: horitur induperator; quasi specie iteratiua.' X Donatus in Ter. Phorm. II 1, 57 'columen uero familiae: columen, culmen. an columen columna? — — Horatius contra pro columine columnam [Carm. I 35, 14] Ennius X...'

Coni. p. 155. ueluti si quando *cod.* ueluti quando *Turnebus Adu. X* 15, *O. Muellerus* uinclis uenatica uelox *Turnebus.* uinculis uenatica ueneno *cod.* uinclo uenatica aëno *Scaliger* 345 apta solet canis *Scaliger.* xapta solet, *om.* canis, *cod.* (*cf. H. Keilius l. l. p.* 621) apta silet canis *Turnebus* forte feram sei] si forte ex *cod.* forte feram si ex *Scaliger, Turnebus.* apta solet si forte feras ea *O. Muellerus* 346 nictit *Paulus, Thesaurus.* nictu *cod. Festi.* nictatque *Scaliger* ululatque] holetque *Thesaurus* acute *Scaliger, Turnebus.* acuta et *cod. Festi* 347 *sq.* legioni' suai Exspectans *Bergkius Ephem. litt. Hal.* 1842 *II* 230. legionis siue spectans *Philargyrus.* spectabat uirtutem legionis Suspectans *J. Dousa Plaut. Explan. IV* 14 quae denique pausa *Bergkius.* dubitaretque denique causa *Philargyrus.* quae denique causa *J. Dousa* 349 fini' *Bergkius, om. Philargyrus.* pausa *J. Dousa* 350 horitatur *H. Ilbergius cum Th. Hugio.* horitur *libri* 351 pilam *H. Ilbergius et Th. Hugius, om. libri* summamue *Lindenbruchius.* summam uero *Gand. Leid. edd. uet.* regni

XI

Aegro corde comis sparsis passis latu' palmis
Acriter

XII

. pinsunt terram genibus

XIII

Et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta.

XIV

. . . cursus quingentos saepe neruti

XV

Incertus de uerbo 29 (Anal. Vindob. p. 162) 'a fio fiere esse deberet, sed licet usus aliter optinuerit (fieri enim nunc dicitur), Ennius tamen in X annalium fiere dixit, non fieri.'

LIBER XI

I *

Quippe solent reges omnes in rebus secundis

XI Nonius p. 370, 22 'passum extensum, patens .... Ennius annalium lib. X: aegro' e. q. s. 'passis ait palmis, patentibus et extensis.' XII Diomedes I p. 370 P. 'apud ueteres reperimus etiam n litteram additam pinso quod est tundo et pinsit secundum tertium ordinem ut Ennius decimo annalium ...' (ordinem id ut tenius Par. a) XIII Nonius p. 483, 2 'lacte nominatiuo casu ab eo quod est lac Ennius lib. X ...' (lib. X Bamb. lib. XI ceteri) XIV Festus p. 375 M. 'neruta pila dicuntur, quod [ueluti neruta] habeant praefixa. Ennius li. X: ..... cursus' e. q. s. Lucretius IV 409 'quos tibi tum supra sol montis esse uidetur Comminus ipse suo contingens feruidus igni. Vix absunt nobis missus bis mille sagittae, Vix etiam cursus quingentos saepe neruti.'

LIBER XI I Festus p. 257 M. 'quippe significare quid ni' (quodni

---

norsatam iam summouere columnam *Scaliger apud Merulam* 352 comis sparsis *J. Bernaysius.* comis, *om.* sparsis, *libri* latu' *J. Bernaysius.* late *libri* 353 acriter] pater *libri.* a. c. comas passis palmis lacerantes *Merula.* a. C. comis late passis palmisque precantur *H. Ilbergius et Th. Hugius* 355 et simul *Gulielmus Plaut. Capt.* 5. essi mulier *Bamb.* es si mulier *ceteri*

II

Contendunt Graecos, Graios memorare solent sos.

III

Quae neque Dardaniis campis potuere perire
Nec cum capta capi nec cum combusta cremari.

IV

. . . . . malo cruce fatur uti des
Iuppiter

V

Pendent peniculamenta unum ad quemque pedum .

* * *

VI

Tum clupei resonunt et ferri stridit acumen.

VII

Missaque per pectus dum transit striderat hasta.

cod.) 'testimonio est Ennius l. XI ...' (XI Vrsinus. XL cod.) II Festus p. 301 M. 'sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius li. I: [XX] l. III: [V] l. VII: [XV] l. XI ...' Idem p. 286 M. '[Romanos in l. XI annal. Graeco]s appellat Enni[us eum ait: contendunt Graec]os, Grai memo[rare solent sos ..... lin]gua longos per [temporis tractus]' e. q. s. III Macrobius Sat. VI 1 p. 505 Jan. 'num capti potuere capi? num incensa cremauit Troia uiros? [Aen. VII 295] Ennius in undecimo, cum de Pergamis loqueretur: quae' e. q. s. (in decimo Anglic.) IV Nonius p. 195, 13 'crux generis feminini saepe. Masculini Ennius annali libro XI ...' V Nonius p. 149, 32 'peniculamentum a neteribus pars uestis dicitur. Ennius lib. XI annalis: pendent' e. q. s. 'Lucilius lib. XVIIII: peniculamentum uero reprendere noli.' VI Priscianus VIII p. 838 P. (I p. 429 K.) 'sono sonas et sono sonis. Ennius in XI annalium ...' (anâlium Reg. Bern.) Idem IX p. 863 P. (I p. 455 K.) 'sonui sonitum — — haec tamen ipsa et secundum tertiam uetustissimi protulisse inueniuntur coniugationem, ut Ennius in XI annali ...' (·XI· Sang.) VII Priscianus VIII p. 817 P. (I p. 402 K.)

---

358 Graios Graecos *cod. p.* 301. os Grai memo, *rrlicuis extinctis, cod. p.* 286 *teste H. Keilio l. l. p.* 624 360 cremare *Neap.* 363 unum ad quodque pedule *Scaliger ad Mor. p.* 162. imum ad quemque pedem *idem auctore Merula.* peniculamenta unum ad quemque pedum dependent *H. Ilbergius cum Th. Hugio* 364 tunc *libri p.* 863 clepei *Sang. Lugd. utrobique.* clipei *ceteri* resonant, aes. ferri *Reg. p.* 838. resonant aes ferri *Bamb. Sang. Lugd. ibidem.* resonant ae.^{s} ferri (ae^{s} *corr. ut uid. ex* ae) *Bern. ibidem* strid& *in* stridit *corr. Bern. p.* 838. strideṇt *Bern. p.* 863 365 messaque *Reg.*

VIII

Alte elata iacet petrisque ingentibus tecta.

IX

Festus p. 277 M. '[rima]ri, quaere[re ualde, ut in rimis quoque —] qui te rimat[ur — — —] Ennius l. XI — — utrique.' uirique Vrsinus.

LIBER XII

Omnis mortalis uictores cordibus uiuis
Laetantes uino curatos somnus repente
In campo passim mollissimus perculit acris.

'a strido quoque alii stridui, alii stridi protulerunt. Ennius in annalium XI ...' (Ennius Reg. i littera m. pr. in ras.) VIII Festus p. 206 M. 'petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit l. XI ...'

LIBER XII Priscianus V p. 647 P. (I p. 179 K.) 'acer et alacer, saluber et celeber quamuis alacris et acris plerumque faciant et salubris et celebris feminina, in utraque tamen terminatione communis etiam generis inueniuntur prolata — — Ennius in XVI: [XII] idem in XII ...' Idem VI p. 696 P. (I p. 246 K.) 'alacer alacris, acer acris. Et sciendum, quod in utraque terminatione utriusque generis inueniuntur haec — — Ennius in XII ...'

---

mis.aq. (*inter* s *et* a *una littera erasa*) *Sang.* pectus (p *ex corr.*) *Halberst.* 366 alte elata iacet petrisque] alte delata ceterisque *cod.* alte elata specus petrisque *Scaliger.* alted elata petrisque *O. Muellerus.* alte dilatata petrisque *Bergkius Ephem. litt. Hal.* 1842 *II* 237 367 omnis *plerique libri.* oīs (*corr. in* omnis) *Reg. p.* 647. omnes *Reg. p.* 696. oūs *ibidem Bern. Sang.* mortalis *Reg. m. alt. Sang. Lugd. Halberst. m. pr. p.* 647 *Reg. m. alt. Lugd. Sang. Bern. p.* 696. mortales *ceteri* uiuis] huius *Reg. Sang. Halberst. p.* 647 *Reg. m. alt. Halberst. m. pr. p.* 696. uiuis *Lugd. p.* 696. huius *in ms. Heidelbergensi explicari per* talibus *Krehlius monet. An* hibus (hinus) *latet?* 368 laetantes *Halberst. Sang. p.* 647 reppente *Lugd. p.* 696 369 mollissimus *Bern. p.* 647. mollisimus *Reg. p.* 696. molissimus *Bern. Sang. ibidem* in campo passim mollissimus *om. Lugd. p.* 647 (*in mg. add. m. alt.*)

LIBER XIII

I

. . satin uates uerant aetate in agenda?

II *

Isque Hellesponto pontem contendit in alto.

III

Quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque

IV

Annibal audaci cum pectore de me hortatur
Ne bellum faciam: quem credidit esse meum cor
Suasorem summum et studiosum robore belli.

V

Matronae moeros complent spectare fauentes.

LIBER XIII I Gellius XVIII 2 'quaesitum hoc est, uerbum uerant, quod significat uera dicunt, quisnam ueterum poëtarum dixerit? — — Nemo enim tum commeminerat, dictum esse a Q. Ennio id uerbum in tertio decimo annalium in isto uersu: satin' e. q. s. II Varro de L. L. VII 21 M. 'quasi Hellespontum et claustra: claustra, quod Xerxes quondam eum locum clausit; nam ut Ennius ait: isque' e. q. s. In hunc librum releganit Merula III Festus p. 325 M. 'sas Verrius putat significare eas teste Ennio, qui dicat in l. I: [LX], cum suas magis uideatur significare. sed utique eiusdem l. VII fatendum est eam significari cum ait: [VII fr. II] item cum ait sapsam pro ipsa nec alia, quod ponit in l. XIII ...' Paulus p. 324 M. 'sapsa ipsa. Idem Ennius: quo' e. q. s. IV Gellius VII 2 'scripsit autem Caesellius, Q. Ennium in XIII libro annalium' (XII deteriores libri. XIII corr. ut uid. ex XII Vat.) 'cor dixisse masculino genere. Verba Caesellii subiecta sunt: masculino genere cor, ut multa alia, enuntiauit Ennius: nam in XIII annali quem cor dixit. 5 Ascripsit deinde uersus Ennii duo: [373. 74] Antiochus est qui hoc dicit Asiae rex' e. q. s. 'hoc Caesellius quidem, sed aliud longe Ennius. 9 Nam tres uersus sunt, non duo ad hanc Ennii sententiam pertinentes, ex quibus tertium uersum Caesellius non respexit: [373. 74. 75].' Nonius p. 195, 19 'cor generis est neutri. ut dubium non est. Masculini Ennius lib. XIII: [373. 74].' V Seruius in Georg. I 18 'fauere

---

370 uersus at inuates *Reg.* uersu sannuates *Lugd.* uersu. sat inuates *Voss. cf. supra* 372 ostentat *Paulus*, *rel. om.* 373 Annibal *Leid. Nonii.* Hannibal *ceteri Nonii, Gellius* laudaci *Nonius* cum] dum *libri Gellii* § 9. um *Nonius. inter* audaci *et* dum: dac̃ dr̃et *Rottend. Gellii* § 9 peciore *Rottend. Gellii* § 5 dehortatur, *om.* me, *libri Gellii* § 5. "de" me hortatur *Vat.* § 9 (" " *m. rec.*) 376 moeros

LIBER XIV

I

Verrunt extemplo placidum mare marmore flauo:
Caeruleum spumat sale conferta rate pulsum.

II

Labitur uncta carina: uolat super impetus undas.

III

Cum procul aspiciunt hostes accedere uentis
Nauibus ueliuolis

IV

Litora lata sonunt

V

Gellius X 25 'item rupia genus teli Thraecae nationis positumque hoc uocabulum in Quinti Ennī' (iuquinenim ueteres etiam uelle dixerunt. Ennius: matronae' e. q. s. Philargyrus in Georg. IV 230 'ore fane] — — ponitur eadem uox et pro uelle apud Ennium in XIII: matronae' e. q. s. 'i. e. nolentes.' (XVI G Lionis)

Liber XIV I Gellius II 26 'sed cum omnia libens audiui quae peritissime dixisti, tum maxime quod uarietatem flaui coloris enarrasti fecistique ut intellegerem uerba illa ex annali quarto decimo' (quarto XIIII. Rottend.) 'Ennii amoenissima, quae minime intellegebam: uerrunt' e. q. s. 'non enim uidebatur caeruleum mare cum marmore flauo conuenire. Sed cum sit, ita ut dixisti, flauus color uiridi et albo mixtus, pulcherrime prorsus spumas uirentis maris flauom marmor appellauit.' Priscianus V p. 659 P. (I p. 197 K.) 'etiam hoc sale Ennius protulit in XIIII annalium: caeruleum ... pulsum, pro mare.' (XIII Sang. quarto decimo Bern. annali $\overline{\text{V}}$ Halberst. per mare Lugd. Reg. Sang. manere Halberst. par mare Bern.)

II Macrobius Sat. VI 1 p. 504 Jan. 'labitur uncta uadis abies. [Aen. VIII 91] Ennius in quarto decimo ...' III Macrobius Sat. VI 5 p. 529 Jan. 'despicions mare ueliuolum. [Aen. I 221] Liuius .... Ennius in quarto decimo .... idem in Andromache: rapit ex alto naues ueliuolas.' Seruius Cassellanus in Aen. I 224 'Ennius: nauius ueliuolas.' IV Priscianus IX p. 863 P. (I p. 455 K.) 'sonui sonitum — — haec tamen ipsa et secundum tertiam uetustissimi protulisse inueniuntur coniugationem, ut Ennius in

---

Seruius. melos *Philargyrus* 377 placidum *Parrhasius ad Claud. in Rufin. teste Merula.* placide *libri* 378 ceruleum *Halberst. Lugd. Reg. Bern. Prisc.* spumant *Reg. Prisc.* sale] mare *Gellius* rate pulsum] repulsum *Rottend. Gellii*

tennii Reg. Q. Magliab. Voss. enni[1] Voss. ennii Petau.) 'annalium ·XIIII·'

VI

Nunc est ille dies cum gloria maxima sese
Nobis ostendat si uiuimus siue morimur.

VII

385 Horrescit telis exercitus asper utrimque.

VIII

Infit 'o ciues quae me fortuna ferocem
Contudit: indigno bello confecit acerbo.'

* *
*

IX

Omnes occisi obcensique in nocte serena

LIBER XV

I

Malos defindunt: fiunt tabulata falaeque.

XI annali: [VI] idem in XIIII ....' (·XIIII· Sang. VIII Lugd.) VI Priscianus X p. 880 P. (I p. 478 K.) ·deponentia in rior desinentia orior et morior tam secundum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinauerunt auctores — Ennius in XIIII annalium ....' (in XIIII — sese om. Sang.) VII Macrobius Sat. VI 4 p. 519 Jan. 'tum ferreus hastis Horret ager. [Aen. XI 601] Horret mire se habet: sed et Ennius in quarto decimo ...' VIII Prisciamus X p. 891 P. (I p. 492 K.) ·uetustissimi tamen tam producebant quam corripiebant supradicti uerbi, id est tutudi, penultimam. Ennius in XIIII: infit' e. q. s. 'ecce hic corripuit.' (in XIIII om. Sang.) IX Festus p. 201 M. ·ob praepositione antiquos usos esse pro ad testis est Ennius, quom ait I. XIIII: omnes' e. q. s. 'id est accensi.'

LIBER XV 1 Nonius p. 114, 7 ·falae turres sunt ligneae. Ennius

---

384 ostendat[i] *Reg.* ostendit *Lugd.* si] si[eu] *Halberst.* si — siue] *cf. Bentleius ad Ter. Andr. I* 3, 11. *Ritschelius Prol. Trin. p. LXXXIV et CCCXXIV* 385 utrunque *Salisb.* 386 infit o *ex* infinito *corr. in Bern.* furtuna *Sang.* ferocem *Merula.* fero sic *libri.* ferox sic *Columna* 387 acerbo *Lugd.* aceruo *ceteri* contudit indigne et bello confecit acerbo *siue* aceruos *Columna*

II

390 Obcumbunt multi letum ferroque lapique
Aut intra muros aut extra praecipe casu.

III

Macrobius Sat. VI 2 p. 514 Jan. 'item de Pandaro et Bitia aperientibus portas [Verg. Aen. IX 672] locus acceptus est ex libro quinto decimo Ennii qui inducit Histros duos in obsidione erupisse porta et stragem de obsidente hoste fecisse.'

IV *

. . . . . succincti corda machaeris

* * *

V

Arcus ubi aspicitur, mortalibus quae perhibetur.

LIBER XVI

I

Plinius Nat. Hist. VII 101 'fortitudo in quo maxume extiterit inmensae quaestionis est, utique si poëtica recipiatur fabulositas. Q. Ennius L. Caecilium Dentrem (L. Hochius de Enn. ann. fragm. a P. Mer. auctis p. 47.

lib. XV ...' II Priscianus VI p. 725 P. (I 287 K.) 'uetustissimi etiam praecipis genetiuum qui a nominatiuo praeceps est secundum analogiam nominatiui protulerunt .... Ennius in XV annali: [390. 91].' (totum locum om. Sang. Lugd.) Idem VI p. 708 P. (I p. 262 K.) 'uetustissimi tamen etiam huius lapis protulerunt. Ennius in XV annali: [390].' IV Seruius in Aen. IX 678 'armati ferro: aut bene instructi armis aut, ut Asper dicit, ferrea corda habentes i. e. dura et cruenta cogitantes, ut Ennium sit secutus qui ait: succincti' e. q. s. Huc rettulit Merula V Priscianus VI p. 712 P. (I p. 269 K.) (arcus) 'inuenitur tamen apud ueteres etiam feminini generis, secundum quod bene quartae est declinationis. Ennius in XV annali ...'

390 obcumbunt *Bern. Halberst. p.* 725. occumbunt *ceteri* letum *Bern. p.* 708. loetum *Reg. Bern. Halberst. p.* 725 *Reg. p.* 708. *ibidem:* laetum *Sang.* laetumq. (q *crasum*) *Halberst.* laeto *Lugd.* 391 precipe *Reg. p.* 725 393 adspicitur *Columna.* aspiciunt *libri* perhibetur *Halberst.* perhibentur *ceteri*

T. libri Dentrem Harduinus et Gesnerus Chrestom. p. 161 ed. 4. Teucrum libri) fratremque eius praecipue miratus propter eos sextum decumum adiecit annalem.'

II

Quippe uetusta uirum non est satis bella moueri.

III

Ingenio forti dextrum latus pertudit asta

IV

Concidit: et sonitum simul insuper arma dederunt

V

. . . tamen induuolans secum abstulit hasta Insigne

VI

Tum timido manat ex omni corpore sudor

VII

Primus senex ratus in regimen bellique peritus

VIII

Postremae longinqua dies confecerat aetas.

Liber XVI II Festus p. 257 M. 'quippe significare quid ni' (quodni cod.) 'testimonio est Ennius I. XI: [I] idem l. XVI ...' III Priscianus X p. 891 P. (I p. 492 K.) 'uetustissimi tamen tam producebant quam corripiebant supradicti uerbi. id est tutudi, penultimam. Ennius in XIIII: [VIII] ecce hic corripuit. Idem in XVI ...' IV Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'conuit in unum: sonitum super arma dederunt. [Aen. X 488] Ennius in sexto decimo ...' (Ennius in sexto decimo cum uersu om. Neap.)

V Macrobius Sat. VI 1 p. 504 Jan. 'apicem tamen incita summum Hasta tulit. [Aen. XII 492] Ennius in sexto decimo ...' VI Macrobius Sat. VI 1 p. 504 Jan. 'tum gelidus toto manabat corpore sudor. [Aen. III 175] Ennius in sexto decimo ...' VII Festus p. 278 M. 'regimen pro regimento usurpant poëtae. Ennius l. XVI ...' VIII Gellius IX 14 'Q. En

395 dextrum *Merula*. dextra *libri* pertulit *Reg.* asta *Bern. cf. Varro de L. L. V* 115 *M.* hasta *ceteri* 396 simul *om. Par.*

397 induuolans *Par. Med. a m. pr., c.* inde uolans *Med. a m. alt, b Anglic. Salisb.* 399 tum *Med. b.* tunc *ceteri* tumido *Par., Lachmannus ad Lucr. V* 396 toto *Merula, Lachmannus* 400 ratus *Bergkius Ephem. litt. Hal.* 1842 *II* 238 *conl. u.* 78. bradyn *cod.* bradus *Merula* 401 postremae *Columna.* postrema *libri* qd'fecerit *Bern. Reg. Lugd.* confecerit *ceteri* etas *Lugd. Reg.*

IX

Quos ubi rex populos spexit de cautibus celsis

X

Reges per regnum statuasque sepulchraque quaerunt,
Aedificant nomen: summa nituntur opum ui.

XI

. . post aetate pigret subferre laborem.

XII

Aestatem autumnus sequitur, post acer hiemps fit.

XIII

Montibus obstipis obstantibus unde oritur nox

XIV

Qui clamor oppugnantis uagore uolanti

nius in sexto decimo annali dies scripsit pro diei in hoc uersu: postremae' e. q. s. IX Festus p. 330 M. 'spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui — et spexit. Ennius l. XVI ...' (XVI cod. teste Keilio l. l. p. 625, VI O. Muellerus) Varro de L. L. VI 82 M. 'spectare dictum ab specio antiquo, quo etiam Ennius usus: uos epulo postquam spexit.' X Macrobius Sat. VI 1 p. 199 Jan. 'summa nituntur opum ui. [Aen. XII 552] Ennius in quarto: [V] et in sexto decimo ...' (XVI°, om. in, Salisb.) Cf. IV fr. V XI Nonius p. 219, 12 'pigret. Ennius lib. XVI ...' (XVII Aldina, Junius) XII Priscianus V p. 647 P. (I p. 179 K.) 'acer et alacer, saluber et celeber quamuis alacris et acris plerumque faciant et salubris et celebris feminina, in utraque tamen terminatione communis etiam generis inueniuntur prolata — — Ennius in XVI ...' Seruius in Aen. VI 685 'de feminino alacer et acer numquam dicimus, licet Ennius dixerit: aestatem' e. q. s. Seruius Artis p. 489 Lind. 'quaeritur utrum acris dicamus an acer. Ennius enim dixit: post acer hiemps.' XIII Festus p. 193 M. 'obstipum' (obstitum cod. et Paulus) 'obliquum. Ennius l. XVI ...' XIV Festus p. 375 M. 'uagorem pro uagitu. Ennius li. XVI ...'

Bern. Cf. Lucretius I 557 '*qua propter longa diei Infinita aetas ante acti temporis omnis*' 402 quos ubi rex populos spexit] quos ubi rex ... nlo spexit *cod. Festi.* uos epulo postquam spexit *Varro, rel. om.* contibus *Festus.* montibus *Pomponius Laetus* 403 qurent *Neap.* 405 potestate *Leid.* 406 aetatem *Cassell. Seruii* sequitur *om. Seruius* hiemps *Reg. m. pr. Bern. Prisc. Cassell. Seruii, Seruius in Arte.* hiems *ceteri* fit *add. Seruii edd.* sit *Cassell., om. ceteri* 407 obstipis *Gifanius.* obstitis *cod.* 408 clamor *cod.* clamos *siue* clamore *Lachmannus ad Luer. VI* 1260

XV

. . . . . prandere iubet horiturque

XVI

Spero, si speres quicquam prodesse potis sunt.

XVII

Noenum sperando cupide rem prodere summam

XVIII

Si luci si nox si mox si iam data sit frux

XIX

Nauorum imperium seruare est induperantum.

XX

Hic insidiantes uigilant, partim requiescunt
Contecti gladiis sub scutis ore fauentes.

XXI

Nox quando mediis signis praecincta nolabit

XV Diomedes I p. 378 P. 'hortatur quod uulgo dicimus ueteres non nulli horitur dixerunt, ut Ennius sexto decimo annalium ...' (enius Par. b) XVI Festus p. 333 M. 'speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius l. II: [VIII] et l. XVI ...' XVII Festus p. 229 M. 'prodit, memoriae porro dat, et fallit. item ex interiore loco procedit. item perdit ut Ennius l. XVI ...' Paulus p. 228 M. 'prodit .... item perdit. ut Ennius: non' e. q. s. XVIII Priscianus VI p. 724 P. (I p. 284 K.) 'frux etiam frugis facit genetiuum, quia ἀπὸ τοῦ φρύγω uerbo Graeco nascitur. Ennius in XVI annali ...' (XVII Lugd. anali Reg.) XIX Festus p. 169 M. 'nauus celer ac strenuus, a nauium uelocitate uidetur dictus. Ennius l. VI: [IV] et l. XVI ...' XX Philargyrius in Georg. IV 230 'ore faue: cum religione ac silentio accede. In XVI Ennius: hic' e. q. s. Seruius in Georg. I 18 'non numquam fauere et pro tacere ponitur ut idem Ennius: ore fauentes.' Cf. Paulus Festi p. 88 M. 'at ueteres poëtae pro silere usi sunt fauere.' XXI Festus p. 258 M. '[quando cum graui uoce pro]nuntiatur, significat [quod: acuta est temporis aduerbium,] ut ..... et Ennius l. XVI ...'

---

411 noenum] non in *cod. Festi, Paulus.* non im (*h. e.* eum) *Bergkius Ephem. litt. Hal.* 1842 *II* 238 cupidi *Guelf. Pauli* 412 si nox] si solis nox *Lugd. Sang.* nox *ex* mox *ut uid. corr. in Halberst.* 413 induperantum *Scaliger.* insuperantum *cod.* 414 hic insidiantes *libri, tuetur Rutgersius Var. Lect. p.* 596, *A. Kochius Exerc. crit. p.* 6. insidiantes hi *N. Heinsius* 415 contecti *Merula.* tecti *libri.* protecti *Columna*

XXII

. . . . . interea fax
Occidit oceanumque rubra tractim obruit aethra.

XXIII

Charisius I p. 107 P. (76 Lind.) 'hebem: Caecilius in *Ὑποβολιμαίῳ*: subito res reddent hebem. Ennius XVI ubi Fl. Caper: non ut adiunctiuo, sed appellatiuo est locutus.'

LIBER XVII

I

It eques et plausu caua concutit ungula terram.

II

Tum caua sub montei late specus intus patebat.

III

dux ipse uias

IV

Tollitur in caelum clamor exortus utrimque.

XXII Macrobius Sat. VI 4 p. 524 Jan. 'et quod dixit: nec lucidus aethra Siderea polus [Aen. III 585] Ennius prior dixerat in sexto decimo ...'

LIBER XVII I Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'quadripedante putrem sonitu quatit ungula campum. [Aen. VIII 596] Ennius in sexto: [VII fr. V] idem in octauo: [VII] idem in septimo decimo ...' (idem in septimo decimo .... terram om. Neap.) II Nonius p. 222, 33 'specus genere masculino — femininо Ennius annalium lib. XVII ...' Priscianus VI p. 713 P. (I p. 269 K.) (specus) 'feminino tamen hoc nomen quoque inuenitur — Ennius in XVII annalium ...' Festus p. 343 M. 'specus femininо genere pronuntiabant antiqui, ut metus et nepos; tam hercules quam masculino stirps et frons, ut Ennius: tum' e. q. s. Seruius in Aen. VII 568 'hic specus horrendum: hoc nomen apud maiores trium generum fuit. Ennius femininо posuit: sub' e. q. s. III Priscianus VI p. 679 P. (I p. 221 K.) 'primae declinationis femininorum genetiuum etiam in as more Graeco solebant antiquissimi terminare — — Ennius in XVII annali ...' IV Macrobius Sat. VI 1 p. 500 Jan. 'tollitur in caelum clamor

417 faxo *Salisb.* 418 obruit aumbra aera *Neap.* 420 tum cana *plerique Prisciani.* tum caba *Bern.* tum causa *Festus.* conceaua *Nonius, om. Seruius* montei *O. Muellerus.* montis *Nonius.* monte *ceteri* late specus *plerique Prisciani.* specus late *Lugd.* latet specus *Nonius.* alte specus *Festus.* specus altae *Seruius, rel. om.* inius *Festi cod.* petebat *Leid. Nonii* 422 clamor *libri.* clamos *Lach-*

V

Concurrunt uel uti uenti cum spiritus austri
Imbricitor aquiloque suo cum flamine contra
Indu mari magno fluctus extollere certant.

VI

Non possunt mussare boni qui famam . . .
Nixi militiae multo peperere labore

VII

. . . . . neque corpora firma
Longiscunt quicquam

LIBER XVIII

I

Degrumare forum

cunctique Latini. [Aen. XI 745] Ennius in septimo decimo ...' (in VII° Sal.) V Macrobius Sat. VI 2 p. 514 Jan. 'diuersi magno ceu quondam turbine uenti Conflignnt zephyrusque notusque et laetus Eois Eurus equis. [Aen. II 416] Ennius in septimo decimo ...' VI Philargyrus in Georg. IV 188 'mussant hic murmurant. Quae nox ponitur et in tacendi significatione, ut apud Ennium in XVII ...' Paulus Festi p. 144 M. 'mussare, murmurare Ennius: [VI fr. VI] mulgo uero pro tacere dicitur, ut idem Ennius: non decet mussare bonos.' Hunc uersiculum non diuersum esse ab eo quem Philargyro debemus O. Muellerus intellexit ad Festum p. 384. Seruius in Aen. XII 657 'Ennius mussare pro tacere posuit.' VII Nonius p. 134. 19 'longiscere, longum fieri uel frangere. Ennius lib. XVII ...' (An: uel languere?)

LIBER XVIII I Nonius p. 63. 8 'grumae sunt loca media in quae directae quattuor congregantur et conueniunt uiae. Est autem gruma mensura quaedam qua fixa uiae ad lineam dirigantur, ut est agrimensorum et talium.

---

mannus ad Lucr. VI 1260 exortusque *Mel.* utrimque *Merula.* utrisque *libri* 423 ueluti *libri* 425 indu *Merula.* inde *Anglic. Salisb. Par. Mel. a b c* magno *Anglic. Salisb.* magnos *Par.* 426 sq. famam ... Nixi militiae multo p. labore *Bergkius Ephem. litt. Hal.* 1842 *II* 230. factam labore enixi militiam p. *Philargyrus.* facta labore Nixi militiae p. *J. Dousa Plaut. Explan. IV* 14 429 langiscunt *Th. Hugius* 430 degrumare forum] *cf. Hygimus de limit. p.* 180 *Lachm.* '*in castris groma ponitur in tetrantem, qua uelut ad forum conueniatur.*' degrumari ferrum *Nonius. Interpolata* gruma dirigere *pro Ennianis uenditantes Mercerus et Merula proxima sic:* degrumari (*siue* degrumare) uero Lucilius *emendant*

II *

Vndique conueniunt uel ut imber tela tribuno:
Configunt parmam, tinnit astilibus umbo
Aerato sonitu galeae: sed nec pote quisquam
Vndique nitendo corpus discerpere ferro.
Semper obundantes hastas frangitque quatitque:
Totum sudor habet corpus multumque laborat
Nec respirandi fit copia: praepete ferro
Histri tela manu iacientes sollicitabant.

III

aëre fulua

IV *

Gellius XVII 21 'Claudium et Tuditanum consules secuntur Q. Valerius et C. Manilius' (C.] consul Reg. Lugd. sed in hoc cmanilius rubric. in mg. manib; Voss.

Ennius libro XVIII: [gruma dirigere] dixit degrumari ferrum. Lucilius lib. III: uiamque Degrumabis, ut in castris mensor facit olim.'
II Macrobius Sat. VI 3 p. 516 Jan. 'Homerus de Aiacis forti pugna ait: [*Il.* *11* 102] *Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ βελέεσσι· Δάμνα μιν Ζηνός τε νόος καὶ Τρῶες ἀγανοί Βάλλοντες· δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ Πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε· βάλλετο δ' αἰεί Κὰπ φάλαρ' εὐποίηθ'· ὁ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν Ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον· οὐδ' ἐδύναντο Ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι ἐρείδοντες βελέεσσιν· Αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι, κὰδ δέ οἱ ἱδρὼς Πάντοθεν ἐκ μελέων ῥέεν ἄσπετος, οὐδέ πη εἶχεν Ἀμπνεῦσαι, πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο.* Hunc locum Ennius in quinto decimo ad pugnam Celii tribuni his uersibus transfert: undique' e. q. s. 'hinc Vergilius eundem locum de incluso Turno gratia elegantiore composuit: [Aen. IX 806–814].' (Ad hunc librum rettulit F. Ritterus Ephem. Darmst. 1840 p. 388. in XV Anglic. Salisb. Med. a b c. in duodecimo Par. Celii] celi Anglic. Coelii Par. C. Aelii Merula coll. Liu. XLI 4. cf. F. Ritterus l. s.) III Gellius XIII 20 'contra uero idem Ennius in annali duodenicesimo' (duodeuicensimo Magliab.) 'aëre fulua dixit non fuluo, non ob id solum quod Homerus *ἠέρα βαθεῖαν* dicit, sed quod hic somus opinor nocabilior est uisus et amoenior.' Idem II 26 'fuluus autem uidetur de rufo atque uiridi mixtus in aliis plus uiridis, in aliis plus rufi habere; sic poëta uerborum diligentissimus fuluam aquilam dicit et iaspidem — sicque Ennius in annalibus aëre fuluo dixit.'

---

431 uelut *libri* 432 astilibus *Salisb.* hastilibus *ceteri* 435 obundantes *Pontanus.* abundantes *libri*, *nisi quod* habundantes *Neap.* adundantes *Castricomius Merulae* 438 Histrici ait *Neap.* *cf. Macrob. p.* 517 *Jan.* *'libro secundo belli Histrici ait'* 439 fuluo *libri* *II* 26

manlius Petau.) 'quibus natum esse Q. Ennium' (Q.] ^{a}qi Lugd. ^{a}qeennius in mg. rubricator) 'poëtam M. Varro in primo de poëtis libro scripsit eumque, cum septimum et sexagesimum' (s....agesimum Petau. Magliab.) 'annum haberet, duodecimum' (duodenicesimum Merula. ^{mū}XII Voss. Magliab. XII. Petau., X ante XII erasum ut uid. in Voss.) 'annalem scripsisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere.'

V **

440 Nos sumus Romani qui fuimus ante Rudini.

VI *

Seruius in Aen. VII 691 'at Messapus equum domitor ... ab hoc Ennius dicit se originem ducere, unde nunc et cantantes inducit eius socios et eos comparat cycnis.'

VII *

Sic ut fortis equs, spatio qui saepe supremo
Vicit Olimpia, nunc senio confectus quiescit.

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

I

Sed sola terrarum postquam permensa parumper

II *

O genitor noster Saturnie maxime diuum!

V Cicero de orat. III 42, 168 'ex pluribus intellegitur unum: nos' e. q. s. VII Cicero Cat. mai. 5, 14 'sua enim uitia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt, quod non faciebat is cuius modo mentionem feci Ennius: sicut' e. q. s. 'equi fortis et uictoris senectuti comparat suam.' (Ennius om. Monac. a b, sed in Monac. a m. rec. add. in mg.)

Inc. sed. fragm. I Festus p. 301 M. 'solum, terram. Ennius l. III: [IV]; et alibi: sed' e. q. s. II Priscianus XVII p. 1113 P. (II p. 102 K.)

440 fuuimus *Lambinus* Rudini *Lagom.* 13. Rutili *Erl. b.* Rutuli *uel aliter ceteri libri* 441 sicut *Monac. c Gud.* sicuti *Par. Monac. a b Oehl.* equs *Oehl.* equus *ceteri* spacio *Monac. a b Oehl.* 442 uicit in olimpia *Gud.* Olimpia *plerique libri.* Olympia *Par.* 443 terrai *Lambinus. cf. Varro de L. L. V* 22 *M.* 444 o *superscr. in Reg.* saturnie *Lugd.* saturne *Reg. Bern.*

III

Iuppiter hic risit tempestatesque serenae
Riserunt omnes risu Iouis omnipotentis.

IV

Iam cata signa fere sonitum dare uoce parabant.

V

Exin per terras postquam celerissimus rumor

VI

. . . . . rex deinde citatus
Conuellit sese

VII

. . . . . replet te laetificum gau.

VIII

At tuba terribili sonitu taratantara dixit.

IX

. . et Tiberis flumen uomit in mare salsum.

'tertiae uero personae possessiuum etsi naturam habet, ut per uocatiuum possit dici ... possumus enim etiam ad alienam possessionem dirigere sermonem, ut: o' e. q. s. 'usus tamen deficit.' (Deest in Halberst. Sang.) Ennio ascripsit Columna III Seruius in Aen. I 254 'subrideus: laetum ostendit Iouem et talem qualis esse solet cum facit serenum .... Ennius ...' IV Varro de L. L. VII 46 M. 'apud Ennium: iam' e. q. s. 'c a t a, acuta.' V Priscianus VII p. 760 P. (I p. 329 K.) 'c e l e r i s s i m u s pro celerrimus superlatiuum protulerunt ... Ennius in annalibus ...'

VI Seruius in Aen. XI 19 'uellere signa — alii u e l l e r e mouere accipiunt. Ennius ...' VII Ausonius technopaegn. (edyll. V) 144 'Ennius ut memorat r e p l e t t e l a e t i f i c u m g a u.' VIII Priscianus VIII p. 842 P. (I p. 433 K.) (*ὀνοματοποιΐαι*) 't a r a t a n t a r a. Ennius: at tuba' e. q. s. (a i t at Lugd.) Seruius in Aen. IX 503 'at tuba terribilem sonitum. hemistichium Ennii: nam sequentia iste mutauit: ille enim ad exprimendum tubae sonum ait: t a r a t a n t a r a d i x i t.' Vergilianum. non Ennianum uersum significat Claudius Sacerdos I p. 22 Endl. IX Macrobius Sat. VI 4 p. 519 Jan. 'mane salutantum totis uomit aedibus undam. [Georg. II 462] pulchre u o m i t u n d a m et antique: nam Ennius ait: et Tiberis' e. q. s.

---

447 fere *Stephanus.* fere *Flor.* ferae (*?*) *ceteri libri.* fera *O. Muellerus* 448 caelerissimus *Bern.* 451 repleat *Lugd.* 452 Ad *Bern.* tribili *ex* tribilis *corr. Bern.* sonitu. Taratantara *Halberst.*

X

Audire est operae pretium procedere recte
Qui rem Romanam Latiumque augescere multis.

XI

. . . . . tibi uita
Seu mors in mundo est

XII

Nobis unde forent fructus uitaeque propagmen?

XIII

Cum sese exsiccat somno Romana iuuentus

XIV

Omnes corde patrem perhibent animoque benigno
Circumfusum

X Acro in Hor. Sat. I 2, 37 'audire est operae pretium (procedere recte Qui moechos non uoltis): urbane abutitur Ennianis uersibus; ille enim ait: audire' e. q. s. Nonius p. 478, 17 'nutritur et nutricatur pro nutrit et nutricat. Varro testamento *περὶ διαθήκης ἢ περὶ φιλοφθονίας*: natis quos Menippea heresis nutricata est tutores do Qui rem Romanam Latiumque alcíscere multis.' (algiscere uel augescere Gifanius. augiscere Mercerus) Ambiguum Enniine an Horatii uersum significauerit Marius Victorinus p. 2510 P. (89 G.) 'quartam speciem addiderunt, quam Graeci dicunt *κρᾶσιν*, id est cum unius litterae uocalis in duas syllabas fit communio, ut: audire ... recte.' XI Charisius II p. 181 P. (119 Lind.) 'in mundo pro palam et in expedito ac cito. Plautus ... Caecilius ... Ennius ...' Annalibus inseri iubet G. Hermannus Enrip. Alcest. p. XX XII Nonius p. 64, 31 'propages ... pages enim compactio, unde conpages et propagare ... Ennius ...' Idem p. 221, 5 'propago, propages ... neutri Ennius ...' XIII Lactantius in Stat. Theb. VI 27 'et cornu fugiebat somnus inani: sic a pictoribus simulatur, ut liquidum somnum ex cornu super dormientis uideatur effundere. Sic Ennius ...'

XIV Donatus in Ter. Phorm. V 8, 39 'faxo tali eum mactatum: pro eo quod est eum .... sic frequenter ueteres. Ennius ...' Post eum quae-

---

456 tibi uita *cod. et ed. princ.* seu tibi uita *uulgo* 458 nouis unde *W Leid. p.* 64. boni secunde *Leid. p.* 221. bonis unde *ceteri libri ibidem* florent *Leid. p.* 64 utaeque *libri p.* 221 propaginem *W Leid. p.* 64 459 sese exsiccat somno *Lindenbruchius, C. Barthius.* somno sese exsiccat *Columna, Merula* Romana] perfusa '*e membranis*' *C. Barthius* 460 perhibent *H. Ilbergius.* praebent *libri* 461 circumfusum *uulgo.* circumfi .... *Lugd.* circumfuntui *edd. Rom. et Spir.* circumfunduntur *Columna.* circumfundunt sum *H. Ilbergius*

XV

Oscitat in campis caput a cervice revulsum
Semianimesque micant oculi lucemque requirunt.

XVI

. . . . irarumque effunde quadrigas.

XVII

It nigrum campis agmen

XVIII

. . . . . redinunt
In patriam

XIX

Isdem campus habet textrinum navibus longis.

XX

Et melior navis quam quae stlataria portat

XXI

Ingenti vadit cursu qua redditus termo est.

XXII

Hortatore bono prius quam . finibus termo

dam excidisse suspicor XV Servius in Aen. X 396 'semianimesque micant digiti ferrumque retractant: Ennii est, ut: oscitat' e. q. s. XVI Servius in Aen. XII 499 'irarum habenas ... et hic moderate locutus est; nam Ennius dixit: irarumque' e. q. s. XVII Servius in Aen. IV 404 'it nigrum campis agmen ... hemistichium Ennii de elephantis dictum quo antea Accius usus est de Indis.' XVIII Festus p. 286 M. '[redinunt significat redeunt]. Ennius [in annalibus ..... red]inunt in [patriam. item prodinunt, ferinunt pro prod]eunt, feri[unt].'

XIX Servius in Aen. XI 326 'loca in quibus naves fiunt Graece *ναυπήγια*, Latine textrina dicuntur. Ennius dicit: idem' e. q. s. Cicero Orat. 47, 157 'isdem campus habet, inquit Ennius, et in templis isdem. At eisdem erat verius, nec tamen probavit ut opimius; male sonabat iisdem.' (Deest in Erl. a) XX Probus G. Vallae in Iuvenalis Sat. VII 134 'stlataria. Probus exponit illecebrosa. Ennius: et ... portat; .i. multisonalis quae dicitur vulgo batalaria.' XXI. XXII Festus p. 363 M. 'termonem Ennius Graeca consuetudine dixit, quem

---

464 irarumque effunde q. '*e Servio Danielis*' *Merula.* effundit irarum q. *Lcid. Reg. Voss. al.* 466 *sq.* redinunt in patriam *Vrsinus: in cod. non nisi haec:* inunt in *apparent* 468 isdem *O. Jahnius.* idem *vulgo, sed cf. Ritschelius de epigr. Sor. p.* 20
469 stlataria] *cf. C. F. Heinrichius in comm. ad schol. s. c.*
471 quam *cod.* quam iam *vulgo*

XXIII

Dum clauum rectum teneam nauemque gubernem

XXIV

Haud temere est quod tu tristi cum corde gubernas.

XXV

Fortis Romani, quamquam caelus profundus

XXVI

Impetus haut longe mediis regionibus restat.

XXVII

Labitur uncta carina per aequora cana celocis.

XXVIII

Cum magno strepitu Volcanum uentus uegebat.

XXIX

Brundusium pulcro praecinctum praepete portust.

nos nunc terminum, hoc modo: ingenti' e. q. s. 'et: hortatore' e. q. s.

XXIII Isidorus Orig. XIX 2 'clauus est quo regitur gubernaculum: de quo Ennius ...' Quintilianus II 17, 24 'nam et gubernator uult salua nauc in portum peruenire: si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud: dum clauum rectum teneam.' XXIV Seruius in Aen. IX 329 'temere .... significat sine causa. Ennius ...' XXV Nonius p. 197, 8 'caelum neutro. masculino Lucretius ... Varro ... Ennius ...' Charisius I p. 55 P. (40 Lind.) 'caelum hoc cum sit neutrum, etiam masculine ueteres dixerunt, et Ennius: quem Caelus genuit. Item: quamquam' e. q. s. (item qq (h. e. quamquam) cod. item quoque uulgo) XXVI Festus p. 285 M. 'restat pro distat ait [Verrius] Ennium ponere. cum is dicat: impetus' e. q. s.

XXVII Isidorus Orig. XIX 1 'celoces' (celones uulgo) 'quas Graeci κέλητας uocant id est ueloces biremes uel triremes agiles et ad ministerium aptae. Ennius ...' Thesaurus nou. Lat. (A. Mai auct. class. VIII 174) 'celox uel celonis uelox dicitur nauis. Ennius ...' XXVIII Festus p. 153 M. (metonymia) 'a superiore inferior, ut Ennius ...' XXIX Gellius

---

472 dum *Quintilianus.* ut *Isidorus* teneam *om. Guelf. a Isidori* nauemque *Zitt. Guelf. a b.* nauimque *uulgo* 473 corde] mente '*c Seruio Danielis*' *Merula* 474 Romani sunt *Merula* celus *cod. Charisii* quamquam cauus caelus profundus *H. Ilbergius et Th. Hugius* 475 haut *O. Muellerus.* aut *cod.* haud *Turnebus Adu. XIII* 25. ast *Scaliger* 476 cuncta *Zitt. Guelf. a Isidori* per aequoraque alta *Thesaurus* celonis *uulg. Isidori, Thesaurus* 477 Volcanum *cod.* uegebat *Scaliger.* uegerat *cod.* 478 Brundusium *iuniores codd.* Braundisiũ *Vat.* pulcro

XXX

. . . . . terrai frugiferai

XXXI

Cum soles tandem faciunt longiscere longe

XXXII

. . . . . uiresque ualentes
Contudit crudelis hiemps

XXXIII

Optima caelicolum Saturnia magna dearum!

VI 6 'cur autem' (Iulius Higinus) 'non Q.' (.q̄. Vat.) 'quoque Ennium reprehendit qui in annalibus non pennas Daedali, sed longe diuersius Brundusium, inquit, pulero' e. q. s. (Desunt in Par. Rottend. cf. I fr. LVII diuersius Braundisiū quid Vat. diuersius Brundusium quid Vat. 1532. diuersius quid (siue quod) Brund. iuniores codd. diuersius: Quid Brund. Gronouius) Idem IX I 'cum e Graecia in Italiam rediremus et Brundusium iremus egressique e naui in terram in portu illo inclito spatiaremur, quem Q. Ennius remotiore paulum sed admodum scito nocabulo praepetem appellauit, fasces librorum' e. q. s.

XXX Charisius I p. 7 P. (9 Lind.) (ai) 'adhuc morem esse poëtis in datiuo casu, ut aulai in medio Vergilius, terrai frugiferai Ennius in annalibus.' Claudius Sacerdos I p. 26 Endl. 'diaeresis . . . ut aulae in medio, et frugae, aulai et frugai.' (frugiferae . frugiferai Vindobonenses) Incertus de nom. et pron. (Anal. Vindob. p. 127) 'nam legimus apud Lucretium et Vergilium terrai frugeferai pro terrae frugiferae et aulai medio pro aulae.' (Lucretium grammaticus lapsu pro Ennio nominasse uidetur J. Beckero Philol. II 55) Martialis Epigr. XI 90, 5 'attonitusque leges terrai frugiferai, Attius et quidquid Pacuuiusque uomunt.' Incerti artium grammat. fragm. (Anal. Vindob. p. 84) 'item adhuc esse morem poëtis in datiuo aulai medio dicere et intus aquai frugiferai Ennius in annalibus.' Hinc non nouum Ennio poëmation subnasci uidit J. Beckerus l. s. Quippe intus aquai Vergilii est (Aen. VII 464 cf. Probus p. 1438 P. 99 Lind.), cuius nomen cum Enniano terrai excidisse post aquai probabile est XXXI Nonius p. 134, 19 'longiscere, longum fieri uel frangere. Ennius lib. XVII: [VII]; idem: cum' e. q. s. (langiscere, languidum fieri uel frangi Th. Hugius) XXXII Priscianus X p. 891 P. (I p. 492 K.) 'uetustissimi tamen tam producebant quam corripiebant supradicti uerbi, id est tutudi, penultimam. Ennius in XIIII: [VIII] ecce hic corripuit. Idem in XVI: [III]; idem in annalibus: uiresque' e. q. s. 'hic produxit penultimam.' (in annalibus om. Sang.)

XXXIII Priscianus XVII p. 1103 P. (II p. 89 K.) 'per species' (uariant

---

p̄ciectum p̄pete *Vat.* portus *Vat. et iuniores aliq. libri.* portu *uulgo* 480 soles tandem] sola est eadem *libri.* soles terras *Th. Hugius* facient *Leid.* faciūt *W* langiscere *Th. Hugius* 481 uirēsque *Sang.* 482 credulus *Halberst.* hiemps *Bern.* hiems *ceteri*

XXXIV

Multa foro ponit et agea longa repletur.

XXXV

Qui uincit non est uictor nisi uictus fatetur.

XXXVI

Dum quidem unus homo Romanus toga superescit

XXXVII

Deque totondit agros laetos atque oppida cepit.

XXXVIII

. . . . . bilingues Bruttates

figuras) 'ut Ennius: optima' c. q. s. 'magna dixit pro maxima, positiuum pro superlatiuo, cum aptissime superius optima caelicolum dixisset.' (Deest in Halberst. et Sang. qui postremos Prisciani libros non ennius comprehendant. ut ennius optima Vind. CCCXLVII Endl. ut optima Reg. ut optima, om. poëtae nomine, ceteri libri) XXXIV Isidorus Orig. XIX 2 'agea uiae sunt uel loca in naui per quae ad remiges hortator accedit; de qua Ennius ...' Thesaurus nou. Lat. (A. Mai auct. class. VIII 29) 'item ab ago haec agea, eae, .i. locus in naui per quem ad remos acceditur, unde Ennius ...' XXXV Seruius in Aen. XI 306 'possunt autem absistere mire ait ac si diceret: etiam si uelint, eos a bellis discedere natura non patitur. Ennius ...' XXXVI Festus p. 302 M. 'superescit significat supererit. Ennius ...' Paulus p. 303 M. 'superescit, supererit. Ennius ...' XXXVII Priscianus IX p. 868 P. (I p. 462 K.) 'uetustissimi tamen etiam detotondi' (tamen etiam detototondi libri, nisi quod detotŭndi Bern.) 'protulerunt. Ennius in annalibus ...' XXXVIII Paulus Festi p. 35 M. 'bilingues Bruttates Ennius dixit, quod Bruttii et Osce et Graece loqui soliti sint.' Porphyrio in Hor. Sat. I 10, 30 'bilinguis dicitur quoniam utraque lingua usi sunt' (Canusini), 'sicut per omnem illum tractum Italiae .... ideo ergo Bruttios Bruttates bilingues dixerunt.' (Sic O. Muellerus de reb. Etrusc. I 24. ideo ergo Brunius brichacae bilingui edd. uet. ideo ergo et Ennius et Lucilius Brutaces bilingues dixerunt 'ex ueteri codice' Scaliger ad Festum)

---

484 ponit et agea *Columna.* ponet et agea *Zitt. Guelf. a b Isidori.* ponet et agiauia *uulg. Isidori.* ponens ageaque *Thesaurus An:* et longa repletur agea *? sed cf. Lachmannus ad Lucr. VI* 971 486 dum quidem unus] *cf. Lachmannus ad Lucr. II* 466 Romanus toga] Romae *Pauli libri, nisi quod* Romae anus *Lips.* 487 deque totondit *Merula cf. Vossius de anal. III* 19 *p.* 76. et detotondit *libri plerique.* et detotŭndit *Bern.* et detotondit *corr., ut uid., ex* et detotondii *Halberst.* l&os *Bern.* 488 Bruttates *Monac. Pauli.* Brutates *uulg.* Brutiates *Scaliger* brichacae bilingui *Porphyrio. cf. supra*

XXXIX

. . . . . ratibusque fremebat

Imber Neptuni

XL

Tonsillas rapiunt, configunt litus, aduncas

XLI

Moribus antiquis res stat Romana uirisque.

XLII

Septingenti sunt paulo plus aut minus anni,
Augusto augurio postquam inclita condita Roma est.

XLIII

Hispane, non Romane memoretis loqui me.

XLIV

Illyrii restant sicis sibinisque fodantes.

XLV

Succincti gladiis media regione cracentes

XXXIX Seruius in Aen. XI 299 'fremunt ripae: antiqui aquae sonitus fremitus dicebant. Ennius ...' Idem in Georg. I 12 'ueteres murmura aquae fremitum dicebant. Ennius: ager oppletus imbrium Fremitu. Et denuo: ratibusque' e. q. s. XL Isidorus Orig. XIX 2 'tonsilla uncinus ferreus uel ligneus, ad quem in litore defixum funes nauium illigantur: de quo Ennius ...' XLI Augustinus de ciu. dei II 21 'Tullius ... in principio quinti libri commemorato prius Ennii poëtae uersu, quo dixerat: moribus' e. q. s. 'quem quidem ille uersum, inquit, uel breuitate uel ueritate tamquam ex oraculo mihi quodam esse effatus uidetur.' Vulcatius Gallicanus Auid. Cass. 5 'scis enim uersum a bono poëta dictum et omnibus frequentatum: moribus' e. q. s. XLII Varro de re rustica III 1, 2 'etenim uetustissimum oppidum cum sit traditum .... in agro Romano Roma quam Romulus rex: nam in hoc nunc denique est, ut dici possit, non cum Ennius scripsit: septingenti' e. q. s. Suetonius Octau. 7 'loca religiosa et in quibus augurato quid consecratur, augusta dicuntur ab auctu uel ab auium gestu gustuue, sicut etiam Ennius docet scribens: augusto' e. q. s. Haec Suetonianis alieua manu assuta esse post alios censuit F. A. Wollius XLIII Charisius II p. 180 P. (118 Liud.) 'Hispane: Ennius annalium libro ...' (annã lib cod.) Festus p. 286 M. '[Romanos in l. XI annal. Gracco]s appellat Enni[us]' (cf. XI fr. II) '[H]ispani. Non Ro .....' Enniani uersus particulam in his laciniis agnouit Columna XLIV Paulus Festi p. 336 M. 'sybinam' (sibinam Monac.) 'appellant Illyrii telum uenabuli simile. Ennius ...' XLV Paulus Festi

491 capiunt *Guelf. a b* 496 sibinisque *Monac.* sybinisque *uulgo* fodantes *Merula conl. Paulo Festi p. 84 M.* '*fodare, fodere.*' fodentes *Paulus* 497 succincti gladiis media] sunt multi gladii mea dia *Thesaurus* gracentes *Fruterius Veris. II* 9

XLVI

. . . . . leuesque sequuntur in hastis.

XLVII

Incedit ueles uulgo sicilibus latis.

XLVIII

. . . tergus igitur sagus pinguis opertat.

XLIX

. . . . . spiras legionibus nexit.

L

. . . . . uertunt crateras ahenos.

LI

Et tum sic ut equus qui de praesepibus fartus
Vincla suis magnis animis abrupit et inde
Fert sese campi per caerula laetaque prata
Celso pectore, saepe iubam quassat simul altam,
Spiritus ex anima calida spumas agit albas.

p. 53 M. 'cracentes graciles. Ennius ...' Thesaurus nou. Lat. (A. Mai auct. class. VIII 151) 'cracentes, graciles, exiles. Ennius ...' Placidi Gloss. (A. Mai auct. class. III 450) 'cracentes, graciles, tabidos.' XLVI Seruius in Aen. V 37 'in iaculis: in hastis. Ennius ...'

XLVII Paulus Festi p. 337 M. 'siciles' (silices Monac.) 'hastarum spicula lata. Ennius ...' XLVIII Nonius p. 223, 30 'sagum generis neutri ut plerumque. masculini Ennius ...' XLIX Festus p. 330 M. 'spira — — Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat, cum ait: spiras' e. q. s. L Seruius in Aen. IX 164 'uertunt crateras ahenos: potantes exhauriunt et est hemistichium Ennianum.'

LI Macrobius Sat. VI 3 p. 517 Jan. 'Homerica descriptio est equi fugientis in haec uerba: [Il. Z 506] *ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, Δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων, Εἰωθὼς λούεσθαι ἐυρρεῖος ποταμοῖο, Κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται Ὤμοις ἀίσσονται· ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς, Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων.* Ennius hinc traxit: et tum' e. q. s. 'Vergilius: [Aen. XI 492] qualis ubi abruptis fugit praesepia uin-

500 tergus *libri cf. Seruius in Aen. I* 211, *Charisius I p.* 54 *P.* (39 *Lind.*) *et p.* 118 *P.* (84 *Lind.*). tergum *editiones* 501 neẍ (*h. e.* nexit) *cod. teste H. Keilio l. l. p.* 625. nexunt *uulgo* 503 fartus *Par. Med. c.* fartur *Neap.* farcus *Med. a.* farctus *Salisb. Med. b.* hactus *Anglic.* 504 factis animis *Anglic.* animis *om. Par.*

LII

Cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit
Et pereunte uiro raucum sonus aere cucurrit.

LIII

Corpore tartarino prognata Paluda uirago,
Cui par imber et ignis, spiritus et grauis terra

LIV

At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat

LV

Inde Parum [circum quam caerula salsa ul]ulabant.

LVI

. . . . . unum in
Sorum suros ferte: ita enim defendere possunt.

clis etc.' LII Lactantius in Stat. Theb. XI 56 'carmen tuba sola peregit: Ennius ...' LIII Varro de L. L. VII 37 M. 'corpore ... uirago. tartarino a tartaro — — Paluda a paludamentis.' Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 18 Keil. 'hoc' (sc. spiritum) 'illud' (h. e. aërem) 'et Ennius appellauit in annalibus: [510. 511].' Cf. Festus p. 359 M. 'tartarino cum dixit Ennius, horrendo et terribili Verrius uult accipi, a tartaro, qui locus apud inferos.' LIV Cicero de orat. III 42, 168 'uidetis profecto genus hoc totum, cum inflexo commutatoque uerbo res eadem enuntiatur ornatius: cui sunt finitima illa .... cum intellegi uolumus .... aut ex uno plures: at' e. q. s. (Deest in Erl. a) LV. LVI Festus p. 286 M. 'rigido [tum caerula suro cum ait] Ennius iocatus uidetur ..... [caeru]li. est enim a maris no[mine. eodem uerbo de eadem] re usus est et l. II: [XIX] et alibi: inde Parum ..... ulabant. Parum insulam refert. Item: [LVI] suri autem sunt fustes, et hypocoristicos surculi.' Paulus p. 299 M. 'surum dicebant, ex quo per deminutionem fit surculus. Ennius: [LVI].' Festus p. 298 M. 'surum dicebant ex quo [per deminutionem surculus

---

510 corpora *Vat. Par. Probi* tartareo *Probus* plauda *Haun. Varronis.* palude *Vat. Par. Probi* 512 at] ut *Erl. b aliique libri* tametsi *Erl. b aliique libri* 514 inde Parum circum quam caerula salsa ululabant *H. Ilbergius.* inde Parum ..... ulabant *cod.* i. P. cui caerula ui ualida assultabant *O. Muellerus* 515 *sq.* unum usurum surus ferre tamen defendere possunt *cod. Festi p.* 286. rus surum ..... re possent *cod. Festi p.* 298. unus surus surum ferret, tamen defendere possent *Paulus.* una Surum surus ferire: tamen d. possunt *H. Ilbergius et Th. Hugius.* in unum Surum ad surum ferte: tamen d. possent *O. Muellerus ad Festum p.* 405

LVII

Tum tonuit laeuum bene tempestate serena.

LVIII

Tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat

LIX

Tum coepit memorare simul cata dicta

LX

Clamor ad caelum uoluendus per aethera uagit.

LXI

Pandite sulti' genas et corde relinquite somnum.

LXII

Inde loci lituus sonitus effudit acutos.

LXIII *

Inuictus canis atque sagax et uiribus fretus

fac]tum est — — [Ennius: unum su]rus surum' e. q. s. LVII Cicero de diu. II 39, 82 'ad nostri augurii consuetudinem dixit Ennius ...' (Deest in Vind. m. pr., add. m. alt. recentior e cod. deteriore) Cf. Nonius p. 408, 2 'Varro Endemionibus: dum sermone eemulam uariamus, Interea tonuit bene tempestate serena.' Cf. I fr. XXX LVIII Varro de L. L. VII 32 M. 'dicta enim apud ueteres una canes. Itaque Ennius scribit: tantidem' e. q. s. LIX Varro de L. L. VII 46 M. 'apud Ennium: [inc. sed. IV] cata acuta; hoc enim uerbo dicunt Sabini; quare catus Aelius Sextus ... et quod est: tum ... cata dicta; accipienda acuta dicta.' LX Varro de L. L. VII 104 M. 'minus aperta' (ab animalium nocibus tralata in homines) 'ut ... Ennii ... eiusdem ab aedo: clamor' e. q. s. LXI Festus p. 343 M. 'sultis si uoltis significat ... Ennius...' Paulus p. 342 M. 'sultis, si uultis. Ennius ...' Idem p. 94 M. 'genas Ennius palpebras putat, eum dicit hoc uersu: pandite' e. q. s. LXII Paulus Festi p. 116 M. 'lituus appellatus, quod litis sit testis ... Ennius ...' LXIII Festus p. 321 M. '[sagacem] etiam canem [dixit

---

517 tum *Erl. et duo codd. Moseri.* cum *uulgo* 518 feta *Haun.*, *Par. a* 'ut uidetur'. feta *Flor.* foeta *Goth.* freta *Par. b* 519 tunc cepit *libri*, *nisi quod* cepi *Haun.* memorare *Scaliger.* memorari *libri* 520 clamos *Lachmannus ad Lucr. VI* 1260. clamor et *Ritschelius Parerg. I* 27 ad caelum clamor *A. Augustinus* ethera *Flor.* aëra *Lachmannus* clamor it ad c. uolitatque p. a. uagor *Scaliger* uoluendus] ἑλισσόμενος *cf. Ritschelius l. l.* 521 sulti genas *Paulus p.* 342, *cf. Lachmannus ad Lucr. I* 186. sueligenias *cod. Festi teste H. Keilio l. l. p.* 626. sulpigenas '*boni codd.*' *Pauli p.* 94 523 inuictus ea . ..... ribus fretus *cod.*, *suppleuit Dacerius*

LXIV

. aut permaceat paries percussus trifaci

LXV

. illud quo iam semel est imbutu' ueneno

LXVI

Sicut siquis ferat uas uini dimidiatum

LXVII

Atque atque accedit muros Romana iuuentus.

XLVIII

. . fortunasque suas coepere latrones
Inter se memorare.

LXIX

Effudit noces proprio cum pectore sancto.

.....]: inuictus' e. q. s. Ennii uersum post Dacerium O. Muellerus agnouit LXIV Paulus Festi p. 367 M. 'trifax' (triphax 'boni codd.') 'telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius ...' LXV Festus p. 376 M. '[uenenari] dicebant antiqui, cuius color inficiendo mutatur, ut Ennius cum ait: cum illud' e. q. s. LXVI Gellius III I 1 'disseritque ac diuidit' (Varro) 'subtilissime, quid dimidium dimidiato intersit et Q. Ennium' (q̃ Par. Reg. que hennium Vat.) 'scienter hoc in annalibus dixisse ait: sicuti ... dimidiatum: sicuti pars quae deest ei uaso non dimidiata dicenda est sed dimidia.' (dixisset ait. sicuti. Si quis Vat.) LXVII Gellius X 29 (atque particula) 'gemina si fiat, anget intenditque rem, de qua agitur, ut animaduertimus in Q. Ennii' (inque enni Lugd.) 'annalibus, nisi memoria in hoc uersu labor: atque' e. q. s. (laboratque Bern. Voss. labat, atque Reg.) Nonius p. 530, 3 'atque particula, si diligentius intellegitur, multam habet significantiam, ut uel illud est Enni: atque ... iuuentus; quod est festine et intrepidanter accendit.' LXVIII Nonius p. 134, 29 'latrocinari, militari mercede. Plautus — Ennius ...' LXIX Seruius in Georg. II 424 'grauidas cum uomere fruges: cum abundat — — En-

---

524 permaceret *libri, tuetur A. Kochius Exerc. crit. p.* 8. perluceret *O. Muellerus* 525 cum illud *cod.* cupa illud *O. Muellerus* imbula *cod.* 526 sicut *Lachmannus ad Lucr. II* 536. sicuti *libri* 527 *alterum* atque *om. Nonius, Reg. Gellii, superscr. in Voss.* accendit *Nonii libri.* ascendit *ed.* 1480 *Nonii* 528 suas *Mercerus.* quas *libri cum Bamb.* cepere *Bamb.* 529 inter se rare *Leid.*

LXX *

Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.

LXXI

. . . . . qui fulmine claro
Omnia per sonitus arcet

LXXII

Quae ualido uenit contorta falarica missu

LXXIII

. . . legio rediit rumore ruinas.

LXXIV

Auorsabuntur semper uos nostraque uolta.

LXXV

Nec metus ulla tenet, freti uirtute quiescunt.

nius ...' LXX Varro de L. L. VII 7 'caelum qua attuimur dictum templum: sic: contremuit' e. q. s. Ennii uersum agnouerunt editores LXXI Seruius in Aen. I 31 'arcebat: prohibebat. significat autem et continet. Ennius: qui ... arcet: id est continet.' Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 20 Keil. 'plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens: principio maria ac terras caelumque tuere' e. q. s. 'et alio loco: omnia personitus' (personitans J. Bernaysius) 'arcet terram mare caelum.' Ennii non Lucretii uersum a Probo citari censuit J. Bernaysius Mus. philol. VI 479, quod non probauit Lachmannus ad Lucr. IV 126 LXXII Nonius p. 555, 15 'falarica, telum maximum. Verg. lib. VIIII: sed magnum stridens contorta falarica uenit, Fulminis acta modo. Ennius ...' LXXIII Nonius p. 385, 17 'rumor, fauor, auxiliatio. Verg. lib. VIII: ergo iter inceptum peragunt rumore secundo: hoc est prospero fauore et auxilio luminis. Fenestella annali lib. XXII ... C. Cato .... cogitare secundo quidem populi rumore coepit. Ennius annali lib. VII: legio redditu rumore ruinas Mox auferre domos populi rumore secundo.' Habes hic duo diuersa, ut credo, Ennii fragmenta interpolatrice manu in unum conflata. Cf. VII fr. XIV LXXIV Nonius p. 230, 15 'uultus ... neutro: Lucretius ... Ennius: aduersabantur' e. q. s. LXXV Nonius

534 ualido uenit contorta f. missu *mg. Junianae*, *Merula.* ualide ueniunt f. missa *libri*, *nisi quod* ualida *Bamb.* ualide uenit contorta f. missu *Columna. Possis etiam:* ualido uenit uibrata f. missu 535 redditu rumore *libri plerique.* reddit uirumore *Bern. a* 536 auorsabuntur *Scaliger Coni. p.* 106. aduersabantur *libri* uos uostraque uolta *Junius.* uiuos uostraque uulta *libri.* nos nostraque uolta *Scaliger* 537 nec *Mercerus.* ni *libri* metus tilla *W* tenet freti *Mercerus.* tenet rite *libri plerique.* tennet riae *Leid.* tenet rite in *Junius* si m. nulla tenet, rite in u. q. *H. Ilbergius et Th. Hugius*

LXXVI

Optima cum pulchris animis Romana iuuentus

LXXVII

. . . . . nam me grauis impetus Orci
Pertudit in latus.

LXXVIII

. . . . . tanto sublatae sunt
Augmine tunc lapides

LXXIX

. . . . . quo tam temere itis citati?

LXXX

Olli cernebant maguis de rebus agentes.

LXXXI

Perque fabam repunt et mollia crura reponunt.

p. 214, 10 'metus ... feminini Ennius ...' Cf. Paulus Festi p. 60. 123. Festus p. 150. 286 M. LXXVI Donatus in Ter. Phorm. III 1, 1 'cum istoc animo pro huius animi. Ennius ...' (Deest hic locus in Lugd.) LXXVII Seruius in Aen. I 81 'alii in latus pro latus accipiunt. Ennius ...' LXXVIII Nonius p. 211, 8 'lapides et feminino genere dici possunt ut apud Ennium ...' LXXIX Seruius in Aen. IX 329 'temere significat et facile. Plautus: [Baech. 85]. significat et subito. Ennius: quod ... citate. Cato: temere fieri.' catomecariis Seruius Danielis (catomitarii Burmannus): in quo particulam eius Catoniani exempli latere suspicor, quod una cum eodem Plauti Bacchidum uersu plenius attulit Charisius II 196 P. (132 Lind.) unde in Seruium e margine ut uidetur inlata sunt illa: Cato temere fieri. E nescio qua dittographia ortum esse monstrum illud corruptelae H. Ilbergii opinatio fuit LXXX Seruius in Aen. XII 709 'inter se coiisse uiros et cernere ferro: uera et antiqua haec est lectio. nam Ennium secutus est qui ait: olli' e. q. s. LXXXI Seruius in Georg. III 76 'mollia crura reponit. Ennius de gruibus dicit: per-

---

538 optima *Gand. cum edd. uet.* omnia *Lindenbruchius* quom *edd. Rom. et Spir.* 540 percutit *Seruius* 541 toto *W* an 542 augmine *Wakefieldus ad Lucr. IV* 574. agmine *libri* 543 citati *Burmannus.* citate *Seruius Danielis.* citate Ac temere erratis *Scaliger apud Merulam.* citati incauta mente ruentes *A. Kochius Exerc. crit. p.* 8 *cf. supra* 544 agentibus *Reg.* 545 fabas *Scaliger a Merula laudatus*

LXXXII

Contempsit fontes quibu' sese erugit aquae uis.

LXXXIII

Interea fugit albus iubar Hyperionis cursum.

LXXXIV

Inde patefecit radiis rota candida caelum.

LXXXV

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

LXXXVI

Vix solidum complere cohum terroribus caeli

LXXXVII

Omnes mortales sese laudarier optant.

LXXXVIII

Cum legionibus quom proficiscitur induperator

que' e. q. s. LXXXII Incertus de uerbo (Anal. Vindob. p. 173) 'eructo ... est a uerbo erugit. Ennius ...' Macrobius de diff. et soc. Graeci et Lat. uerbi 21 (I p. 270 Jan.) 'eructat frequentatiuum est a principali erugit aquae uis.' (erugit. Ennius: erugit aquae uis Zeunius, Janus, nisi quod hic exerugit: immo totum Macrobio uersum restituere debebant) LXXXIII Priscianus V p. 658 P. (I p. 196 K.) 'inbar quoque tam masculinum quam neutrum proferebant. Ennius in annalibus ...' LXXXIV Isidorus Orig. XVIII 36 'ideo autem rotis quadrigas currere dicunt sine quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit, sine propter solem quia nobubili ambitu rotat, sicut ait Ennius ...' Seruius in Aen. VI 748 'rotam noluere per annos: exegerunt statutum tempus per annorum nobubilitatem. Est autem sermo Ennii.' LXXXV Priscianus IX p. 861 P. (I p. 453 K.) 'proprie necatus ferro, nectus uero alia ui peremptus dicitur. Ennius ...' LXXXVI Isidorus de natura rerum c. 12 'partes autem eius' (caelum dicit) 'chous axis cardines connexa poli sidera. Chous quod caelum continet. Vnde Ennius ...' LXXXVII Augustinus de trin. XIII 6 'illud etiam quod uetus poëta dixit Ennius: omnes' e. q. s. 'profecto et de se ipso et de iis quos expertus fuerat coniecit.' Idem ep. 231, 3 'ego autem quod ait Ennius: omnes' e. q. s. 'partim puto approbandum, partim cauendum.' LXXXVIII Cassiodorius p. 2318 P. 'cum praepositio per c scribenda est; quum aduerbium temporis, quod significat quando, per q scribendum est discretionis causa, ut apud

---

546 quibus exerugit *cod. sed* ex *tribus punctis notatum* 547 Hisperionis *Lugd.* 550 solidum *H. Ilbergius.* solum *Isidorus* pilam uix Sol mediam complere *Scaliger ad Festum s. u. cohum. cf. Turnebus Adu. XX* 29 551 laudarier optant *edd. priore loco.* laudari exoptant *altero* 552 cum legionibus cum *Bern.* cum l. quum *uulgo* induperator *uulgo.* imperator *Par. Bern.*

LXXXIX

Flamma loci postquam conclusast turbine saeuo

XC

Huic statuam statui maiorem horto auream ahenis.

XCI *

Rex ambas ultra fossam protendere coepit.

XCII *

In montes patrios et ad incunabula nostra

XCIII

Siluarum saltus latebras lamasque lutosas

XCIV

Atque manu magna Romanos inpulit amnis.

XCV

. premitur pede pes atque armis arma teruntur.

XCVI

Carbasus alta uolat pandam ductura carinam.

Ennium ...' LXXXIX Schol. Vat. in Ter. Heaut. II 3, 4 (L. Schopenus progr. Bonn. 1832 p. 6) 'loci: parhelcon. nam loci omni significationi addi solet. Ennius ...' XC Consentius de barbarismis p. 31 Buttm. 'Ennius: huic' e. q. s. 'et hic quoque per metaplasmum dempsit litteram r.' XCI Claudius Sacerdos I 44 Endl. 'synecdoche .... per id quod dicitur illud quod sequitur: rex' e. q. s. 'subauditur enim manus.' Ennii uersum esse putat Lachmannus ad Lucr. IV 619 XCII Cicero ad Att. II 15, 3 'ego uero in montes patrios et ad incunabula nostra pergam.' Enniauum esse post Santeuium ad Terentianum p. 280 opinatur Firnhaberus Philologi VI 371 XCIII Commentator Cruquii in Hor. Epist. I 13, 10 'lamas, lacunas maiores, continentes aquam caelestem seu pluuiam .... Ennius ...' XCIV Schol. Veron. in Aen. V 241 p. 95 Keil. 'Ennius: atque' e. q. s. XCV Hirtius bell. Hisp. c. 31 'hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma.' XCVI Vet.

---

553 conclusast turbine *Faërnus.* concussa praeorbine *Victorius* 554 maiorem horto auream ahenis *Lachmannus ad Lucr. VI* 1135. maiorum et ab otu Athenis *Consentius.* magis mansuram auguro ahenis *H. Ilbergius* 555 ambas *Vindobonenses.* amus *cod.* protendere *Lachmannus.* relinere *cod.* 558 inpulit *cod.* 559 pes pede premitur, armis teruntur arma, *metro soluto*, *Hirtius*

XCVII

. . . . . diuum domus altisonum cael

XCVIII

. . . . . populea frus

XCIX

. . . . . endo suam do

C *

. mare saxifragis undis

CI

Ausus es hoc ex ore tuo

CII

. . . . . diuumque hominumque pater, rex

CIII

. . . . . patrem diuumque hominumque

Schol. in Statii Achill. I 558 (C. Barthius in Stat. II p. 1693) 'nauis a uelo: ut Ennius ...' XCVII. XCVIII Ausonius technopaegn. (edyll. V) 158 sqq. 'unde Rudinus ait diuum domus altisonum cael Et cuius de more quod astruit: endo suam do. Aut de fronde loquens, cur dicit populea frus?'

XCIX Ausonius technopaegn. (edyll. V) 159 (XCVII) Ennio non appellato: Charisius IV p. 249 P. (165 Lind.) 'ἀποκοπή ... syllaba, ut endo suam do hoc est domum.' (endo suam h. ē modum cod.) Diomedes II p. 436 P. 'ἀποκοπή' Marius Victorinus p. 2499 P. (74 G.) 'apocope ... ut endo sua do id est in sua domo.' Probus p. 1438 P. (99 Lind.) 'apocope' Consentius de barbarismis p. 7 Buttm. 'apocope ... syllabae tetendit suam do' (h. e. ut endo suam do) C Cicero de orat. III 42, 167 'ne illa quidem traductio atque immutatio in uerbo quandam fabricationem habet [sed in oratione]: Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Pro Afris est sumpta Africa: neque factum uerbum est, ut mare saxifragis undis' (Deest in Erl. a) Ennio uersiculum II. Planckius ad Ennii Medam p. 129 ascripsit CI Cicero ad Att. VI 2, 8 'ain tandem Attice laudator integritatis et elegantiae nostrae, ausus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare?' CII Varro de L. L. V 65 M. 'idem hi dei, Caelum et Terra, Iuppiter et Iuno, quod, ut ait Ennius, istic est is Iuppiter' e. q. s. 'quod hinc omneis et sub hoc, eundem appellans dicit: diumque' e. q. s.

CIII Cicero de nat. deorum II 2, 4 'quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius: aspice hoc sublimen candens, quem Iouo

562 frus *cod. Io. Tilii.* frons *uulgo* 563 endo] tendo *ed. pr. Charisii.* indo *Par. Victorini.* nanque *Probus.* tetendit *Consentius.* tetenderit endo *Cramerus* sua *Mar. Victorinus* do *om. cod. et ed. pr. Charisii* 565 usus *Med. m. pr.* 566 diuũq; *Flor.* 567 diuum *Erl.*

CIV

Oratores doctiloqui

CV

. . decretum est fossari corpora telis.

CVI

. . . . . animus cum pectore latrat

CVII

. . . . . clamore bouantes

CVIII

. . . . . pausam facere ore fremendi

CIX

. . . . . nostri cessere parumper

CX

. . . . . adgretus fari

CXI

Consiluere

cant omnes Iouem; illum uero et Ionem et dominatorem rerum et omnia nutu regentem et, ut idem Ennius, patrem' e. q. s. (Deest in Pal. Vind.)

CIV Varro de L. L. VII 11 M. 'quom res maior erat, oratores legabantur potissimum qui causam commodissime orare poterant. Itaque Ennius ait ...' CV Varro de L. L. VII 100 M. 'apud Ennium: decretum' e. q. s. 'hoc uerbum Ennii dictum a fodiendo; a quo fossa.' CVI Varro de L. L. VII 103 M. 'multa ab animalium nocibus tralata in homines ... perspicua ut Ennii ...' Cf. Paulus Festi p. 121 M. 'latrare Ennius pro poscere posuit.' CVII. CVIII Varro de L. L. VII 101 M. 'minus aperta' (ab animalium nocibus tralata in homines) 'ut ... Ennii a uitulo ... eiusdem a boue: clamore bouantes; eiusdem a leone: pausam' e. q. s.

CIX Hirtius bell. Hisp. c. 23 'hic tum, ut ait Ennius, nostri' e. q. s.

CX Paulus Festi p. 6 M. 'adgretus, apud Ennium: adgretus fari pro eo quod est adgressus ponitur, quod uerbum uenit a Graeco ... surgo.' Idem p. 78 M. 'egretus et adgretus ex Graeco sunt ducta a surgendo et proficiscendo.' CXI Paulus Festi p. 58 M. 'consiluere Ennius pro

---

569 decretum est fossari *Columna*. decretum est stare *libri*. decretum fossari *O. Muellerus* 570 auis cum *Haun*. animusque in *Scaliger* 571 clamorẽ bouantes *Flor*. clamorem bouantis *Haun*.

572 facere ore] facere *libri*. fecere *Columna* 574 adgretus '*boni codd.*' adgrettus *uulgo*

. CXII

. . . . . runata recedit

CXIII

. . . . . quo sospite liber

CXIV

. . . . . equitatus
Vt celerissimus

CXV

Iamque fere quattor partum

CXVI

. . . . . furentibus uentis

CXVII

. . . dictis Romanis incutit iram.

CXVIII

. . . . . rigido tum caerula suro

CXIX

. . . . . fluctusque natantes

conticuere posuit.' CXII Paulus Festi p. 263 M. 'runa genus teli significat. Ennius: runata recedit, id est pilata.' (proeliata Guelf. et C. Barthii ms. Adu. XXXVIII 11) Isidori Glossae 'runa pugna; runata proeliata.' CXIII Festus p. 301 M. (sospes) 'Ennius ui[detur seruatorem signi]ficare cum dix[it] ..... liber.' Paulus p. 300 M. 'sospes saluus. Ennius tamen sospitem pro seruatore posuit.' CXIV Charisius I p. 64 P. (46 Lind.) 'celer, celerior, celerrimus' (celerissimus cod.) 'facit ... nam quod Ennius ait equitatus' e. q. s. 'barbarismus est.' CXV Charisius I p. 114 P. (81 Lind.) 'partum ... et Ennius: iamque' e. q. s. 'quoniam ab hac parte facit et has partes.' CXVI Seruius in Aen. I 51 'austris .... legerat apud Ennium: furentibus uentis; sed quasi asperum fugit et posuit austris pro uentis.' CXVII Seruius in Aen. I 69 'incute uim uentis .... Ennius ...' Cf. Homericum ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος CXVIII Festus p. 286 M. 'rigido [tum caerula suro cum ait] Ennius iocatus uidetur ..... [caeru]li. est enim a maris no[mine.]' CXIX Ser-

---

577 quo sospite *Vrsinus, non apparent in cod.* 578 *sq.* equitatus ut celerrimus *cod.* equitum celerissimus *edd.* 580 quattor partum] *cf. Ritschelius Mus. philol. VIII* 309. IIII partum *cod.* quatuor partum *edd.* 583 rigido tum caerula suro *Vrsinus.* rigido, *relicuis extinctis*, *cod.* rigido subigunt sale suro *H. Ilbergius* 584 fluctusq. *Cassell.*

CXX

. . . . . eia machaeras

CXXI

. . . . . saxo cere comminuit brum

CXXII

. . . . . quem non uirtutis egentem

CXXIII

. . . funduntque elatis naribus lucem

CXXIV

. . . . . teloque trabali

CXXV

aplustria

nius in Aen. VI 705 'praenatat: praeterfluit et contrarie dicitur. Nam non natant aquae set nos in ipsis natamus. Ennium igitur secutus est qui ait: fluctusque natantes.' CXX Seruius in Aen. IX 38 'hostis adest eia: hic distinguendum, ut eia militum sit properantium clamor; et est Enniauum qui ait: eia machaeras.' (qui itheia m. Leid. b. quia iam m. Reg.) Cui uersuum generi ascribendum sit poemation dubium censet Lachmannus ad Lucr. III 374 p. 164 sed cf. Ritschelius Prol. Trin. p. CXCI Parerg. I 454 CXXI Seruius in Aen. I 412 'sed hoc' (tmesim dicit) 'tolerabile est in sermone composito; ceterum in simplici nimis est asperum, quod tamen faciebat antiquitas ut in: saxo' e. q. s. (ut in illo Ennii Fabricius, Columna, qui in Mspto Sertorii Quadrimani ex Ennio uersum citari testatur) Donatus de tropis p. 1777 P. (35 Lind.) '*τμῆσις* ... ut: septem subiecta trioni; et: saxo' e. q. s. CXXII Seruius in Aen. XI 27 'quem non uirtutis egentem: Ennii uersus est.' CXXIII Seruius in Aen. XII 115 'lucemque elatis naribus efflant: Ennianus uersus est ordine commutato. Ille enim ait: funduntque' e. q. s. Marius Victorinus p. 2172 P. (31 G.) 'uidetur plurimis esse quintus communium syllabarum modus, qui apud Lucilium et ueteres multos est frequentatus, ut correpta uocalis desinat in s et exeipiatur ab alia consonanti uel uocali loco consonantis posita, ut est illud: [Lucr. IV 1207] et item: efflantque elatis naribus lucem.' CXXIV Seruius in Aen. XII 294 'teloque orantem multa trabali. Ennius ...' CXXV Gloss. Labb. 'aplustra' (aplustre coni. B. Vulcanius) '*πτερὸν πλοίου ὡς Ἔννιος*.' Cf. Paulus Festi p. 10 M. 'aplustria nauium ornamenta, quae quia erant amplius, quam essent necessaria usu, etiam amplustria dicebantur.' Priscianus VII p. 769 P. (I p. 342 K.) 'aplustra enim et aplustria antiqui

---

585 macheras *Leid. b.* machaera *Reg. cf. supra* 588 funduntque *Seruius.* efflantque *Mar. Victorinus* 590 aplustra *Gloss.* aplustria *Paulus*

CXXVI

. . . . . tetrosque elephantos

CXXVII

. . . . . stant puluere campi.

CXXVIII

. . . . . uestro sine momine uenti

CXXIX

. . . . nec retrahi . . . potestur

Imperiis

CXXX

. . . . . quem super ingens
Porta tonat caeli

CXXXI *

. . . trabes remis rostrata per altum

CXXXII *

Qua murum fieri uoluit, urgentur in unum.

CXXXIII *

. spoliantur eos et corpora nuda relinquunt.

protulisse inueniuntur.' CXXVI Isidorus Orig. X 270 'tetrum enim ueteres pro fero, ut Ennius ...' CXXVII Porphyrio in Hor. Carm. I 9, 1 'nides ut alta stet niue ... stet autem plenum sit signat, ut Ennius ...' CXXVIII Thesaurus nou. Lat. (A. Mai auct. class. VIII 332) 'inueni quoque hoc momen, nis, pro momento; unde Ennius ...' Cf. Verg. Aen. I 133 'meo sine numine uenti' CXXIX Diomedes I p. 380 P. 'item potestur' (potestor Par. a b) 'apud Ennium reperimus: nec' e. q. s. CXXX Hunc uersiculum a Vergilio Georg. III 260 usurpatum Columna in uetusto fragmento anonymi cuiusdam grammatici de uerb. neutr. impers. expresse ex Ennio citari affirmat. Ceterum nihil de hoc uersu colligendum e Senecae Ep. moral. XVIII 5 CXXXI Varro de L. L. VII 33 'sic dictum a quibusdam, ut una canes, una trabes remis r. p. a. Ennius: utinam ne in nemore' e. q. s. Detruncatum uersiculum Ennio ascripsit Columna: cui frustra aduersantur Spengelius et O. Muellerus CXXXII Nonius p. 418, 4 'urgere est premere, cogere. Verg. ... Lucilius ... Varro antiquitate rerum humanarum: qua' e. q. s. Ennii uersum, e I annalium desumptum, Popma ad Varron. ed. Bip. II 302 coniecit CXXXIII Donatus de soloecismo p. 1769 P. (28 Lind.) 'soloecismus ... ut: spoliantur'

591 elephantos *Guelf. b.* elephantes *ceteri.* elephantes tenuimus (*h. e.* ut ennius) *Guelf. a* 599 urgentur *Popma.* urgemur *libri*
600 exspoliantur *Columna*

CXXXIV *

Tum lateralis dolor certissimus nuntius mortis

CXXXV *

Ferme aderant ratibus repentibus aequore in alto.

CXXXVI *

Introducuntur legati Minturnenses.

CXXXVII *

Olli crateris ex auratis hauserunt.

CXXXVIII *

Massili portabant iuuenes ad litora tanas.

CXXXIX

Quod bonus et liber populus

e. q. s. 'pro spoliant.' Pompeius Donati comment. p. 435 Lind. 'solocismus ... spoliantur' e. q. s. 'pro eo quod est spoliant.' Ennio ascribit Columna CXXXIV Maximus Victorinus p. 1963 P. (293 Lind.) 'Ennius quoque ait: uita illa dignus locoque, quasi dignu locoque dixerit. Similiter Lucilius ait: tum lateralis' e. q. s. 'pro tum laterali dolor certissimu nuntiu mortis.' Ennii Luciliique nomina inter se permutata esse suspicatur J. Beckerus Ephem. Marb. 1849 p. 329 cf. ibid. 1846 p. 946 CXXXV Varro de L. L. VII 23 'ferme aderant' e. q. s. 'aequor mare appellatum ... ratis nauis longas dixit.' Ennii heroum esse opinatus est H. Ilbergius CXXXVI Maximus Victorinus de carm. her. p. 1959 P. (289 Lind.) 'spondiazon, ut est: introducuntur' e. q. s. Aldhelmus de re gr. et metr. (A. Mai auct. class. V 524) 'spondiazon uocatur, ut est: hii producuntur' e. q. s. Ennio tribuerunt editores ut proximum CXXXVII Censorinus fragm. c. 15 p. 98 Jahn. (2727 P.) 'duodecasyllabos spondiazon: olli' e. q. s. CXXXVIII Donatus de tropis p. 1777 P. (35 Lind.) 'τμῆσις ... ut: septem subiecta trioni ... et: saxo cere comminuit brum. et: Massili' e. q. s. Pompeius Donati comment. p. 475 Lind. 'plerumque per uerba plurima interposita' (fit tmesis) 'si dicas hoc: Massili' e. q. s. 'id est Massilitanas lagonas portabant iuuenes ad littora. aliud etiam: saxo cerebrum eius comminuit. sed non potuit sic stare ex ordine compositus.' (composuit Lind.) Ennio attribuit Columna, abiudicauit A. Kochius Exerc. crit. p. 2 CXXXIX Lexicon Terent. a C. Barthio Adu. XXXVIII 15 'ex optimo mspto' edit. 'Terentius Adelphis: neque boni officium functus es, neque liberalis uiri. Ennius in. eo quod bonus' e. q. s.

---

602 ratibus repentibus aequore in alto *H. Ilbergius.* aequore in alto ratibus repentibus *libri* 603 introducuntur *Par. Victorini.* hii producuntur *Aldhelmus.* fortitudo ducuntur *Goth. Victorini.* fortes ducuntur *Lindemannus* legati Minturnenses *Aldhelmus. Goth. Vict.* ligati inturnenses *Par. Victorini* 604 crateris *Nunnesius.* crateribus *Darmst. Vat. (sed in illo* olli crateribus *in rasura)* auserunt *Vat.*

CXL

. . . . . Saturno sancte create

CXLI

Anionem

CXLII *

. . . . [ho]stili in me ia[ctu] . .
. . . [la]tus ut reuolso [stipite miles]

CXLIII *

Qui iactu uali[do confixit stipite] parmam.

CXLIV

Verg. Aen. XI 608 'iamque intra iactum' e. q. s. Seruius in h. l. 'et Enniana est ista omnis ambitiosa descriptio'.

'hoc est liberalis.' (Ennius in primo C. Barthius) CXL Afferunt Columna et Merula e Seruio in Aen. X, in quo libro hodie uersiculus non extat. Cf. Macrobius Sat. VI 1 p. 501 Jan. 'Furius in sexto: quod genus hoc hominum Saturno sancte create.' CXLI Seruius in Aen. VII 683 'gelidumque Anienem .... sed hic euphoniam secutus est. nam Ennius Anionem dixit iuxta regulam.' CXLII. CXLIII Festus p. 314 M. '[stipes, fustis terrae] defixus — — et .. [Ennius] ..... stili in mela[ctu ..... la]tus ut reuolso [stipite] ..... qui iactu uali[do] ..... parmam. nisi si [stipitem ponere] noluit pro [telo uel hasta].' Ennii heroorum particulas agnouit O. Muellerus

---

609 hostili *Vrsinus.* stili *cod. auctore H. Keilio l. l. p.* 625 in me iactu *Vrsinus.* in mela .. *cod.* 610 *Vncis inclusa non apparent in cod., supplenit Vrsinus* 611 uali ..... parmam *cod.* ualido percussit parmam *Vrsinus*

TRAGOEDIARVM RELIQVIAE

ACHILLES

I

óciter
Sérua ciues, défende hostes, cum potes deféndere.

II

. . . nam consíliis obuaránt, quibus
Concédit Hector.

III

. . . . . per ego deúm sublimas súbjces
Vmidas, unde óritur imber sónitu saeuo et spíritu.

IV *

. . . . . éo ego ingenio nátus sum:
Aéque inimicitiam átque amicitiam ín frontem promptám gero.

ACHILLES 1 Nonius p. 277, 21 'defendere, tueri, depellere. Ennius Achille ...' (defendere debellare [t]ueri .. in Achille Bern. b) II Nonius p. 147, 22 'obuarare' (obuarrare Leid.) 'peruertere deprauare, dictum a uaris. Ennius Achille ...' III Nonius p. 169, 1 'subicis nouc positum non a subiciendo, sed altitudine. Ennius Achille ...' Festus p. 305 M. 'subices Ennius in Achille pro subiectis posuit, cum dixit nubes: per ego' e. q. s. Gellius IV 17 (positu, non natura praepositiones ob sub eou cum uerbo iacio compositas longas fieri) 'congruens igitur est, ut subices etiam, quod proinde ut obices compositum est, u littera breui dici oporteat. Ennius in tragoedia, quae Achilles inscribitur, subices pro aëre alto ponit, qui caelo subiectus est, in his uersibus [5. 6]: plerosque omnis tamen legere audias u littera producta.' IV Gellius XIX 8 'inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo libro dixit:

---

1 ociter] o qui te *Bern. b, om. ceteri libri* 2 defende] defendite *Bern. b* 3 consilius *W* 4 concedit Hector *O. Ribbeckius.* tam concedit hic ordo *libri* 5 sublimas *Nonius, Rottend. Vat. Gellii.* sublimes *uulgo, om. Festus* subicis *Nonius* 6 humidas *libri* inde *Festus* sonitu s. e. spiritu *om. Nonius* saeuo et spiritu *Delrio.* saeuo spiritu *Festus.* seuo strepitu *Rottend. Gellii.* saeuo strepitu *Vat.* saeuo et spiritus *ceteri* *Versus disposuit Lachmannus ad Lucr. III* 227 7 ego *om. Gellius* 8 aeque inimi-

V *

. . . . . meae tám potis
Pacís potiri

VI *

Hectór, qui haud cessat óbsidionem obdúcere

VII

Quo núnc incerta re átque inoratá gradum
Regrédere conare?

VIII *

Eurypylus

O Pátricoles, ad uós aduenìens aúxilium et uestrás manus
Petó prius quam oppetó malam pestem mándatam hostilí manu.

eo, inquit, ingenio' e. q. s. Nonius p. 129, 26 'inimicitia numero singulari. Ennius ...' Huius loci esse ut proxima duo suspicatus est O. Ribbeckius V Festus p. 360 M. 'antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut — Ennius: illae meae' e. q. s. (Ennius Achille: meae coni. O. Ribbeckius) VI Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius in Telamone — item alio loco: Hector' e. q. s. VII Nonius p. 166, 22 'regredere, reuocare. Ennius Achille ...' VIII Cicero Tusc. disp. II 16, 38 'quin etiam uidemus ex acie efferri saepe saucios ... at uero ille exercitatus et uetus ob eamque rem fortior medicum modo requirens, a quo obligetur, o Patricoles, inquit, ad uos aduenìens ... accedi. Certe: Eurypylus hic quidem est. Hominem exercitum! Vbi tandem luctus continuat. Vide quam non flebiliter respondeat,' (ubi tantum luctus continuatur libri plerique. ubi tantum luctum continuatus Reg. Gud. ubi tandem luctu conturbatur? Hominem exercitum uide quam n. f. respondeat O. Ribbeckius) 'rationem etiam adferat, cur aequo animo sibi ferendum sit: qui alteri ...

---

citiam atque amicitiam *O. Ribbeckius.* amicitiam odo inimicitiam *Leid. Nonii.* amicitiam atque inimiciliam *ceteri* fronte *Grut. Palat. Gellii* 9 meae tam *O. Ribbeckius.* illae meae tam *cod. cf. supra* 11 qui *cod.* quidem *uulgo* 12 atque morata *W* 14—25 *scripsi secundum restitutionem O. Ribbeckii: uncis inclusa omittuntur in libris: cetera hoc ordine uulgantur:* 14 15 18 20 16 17 14 Patricoles *Gud. Reg.* Patroeles *Bern. cum plerisque* 15 oppeto *Gud. Reg., si fides Gudiano conlatori et Krarupii silentio, plerique ceteri.* oppetam *Bern. m. alt. unus Oxon. Leid. Reg. secundum Tregderum*

Namque Aésculapi líberorum saúcii opplent pórticus:
Non pótis accedi. [Sét trementi génua lassa cónciduntˌ]
Neque sánguis ullo pótis est pacto prófluens consístere.
[Itaque húc dolore cónsternatus gréssus tardos cóntuliˌ]
Si quí sapientiá magis uestra mórs deuitarí potest.

* * *

. . . . . qui álteri exitiúm parat,
Eum seíre oportet, síbi paratum péstem ut participét parem.

* * *

Patricoles
Elóquere eloquere rés Argiuum proélio ut se sústinet.
Eurypylus
Non pótis ecfari tántum dictis, quántum factis súppetit.

* * *

'Vbi fórtuna Hectóris nostram acrem áciem inclinatám [dedit]

parem. Abducet Patricoles,' (sic Gud. Reg. Patrocles ceteri) 'credo, ut conlocet in cubili, ut uolnus obliget: si quidem homo esset. Sed nihil uidi minus. Quaerit enim quid actum sit: eloquere ... suppetit. Laberis:' (sic Bentleius. laboris libri) 'quiesce igitur et uolnus alliga. Etiam si Eurypylus posset, non posset Aesopus: ubi fortuna' c. q. s. 'et cetera explicat in dolore.' Idem Orat. 46, 155 'itaque idem poëta, qui inmsitatius contraxerat: patris mei meum factum pudet, pro: meorum factorum, et: texitur, exitium examen rapit, pro: exitiorum, non dicit:

---

16 namque *libri plerique*, nam *cod. Dauisii* 17 potis *Bothius.* potest *libri* 18 neque *libri plerique.* nec *unus cod. Dauisii* 20 si qui *Gud. Reg. Bern. Vat.* si qua *codd. aliq.* seu *unus cod. Dauisii* 22 paratum *Bentleius.* paratam *libri* 23 eloquere eloquere *Gud.* eloquere, *semel*, *ceteri* 24 non potis ecfari *Dauisius.* non potest haec fari *libri.* non potest ecfari *Victoriana* 25 Hectoris] *cf. Andromachae fr. XII* acrem *om. duo Oxon.* dedit *O. Ribbeckius*, *om. libri*

IX

Interea mortáles inter sése pugnant proéliant.

X

. . . . . summam tú tibi
Pró mala uita fámam extolles, pró bona partam glóriam:
Male uolentes fámam tollunt, béne uolentes glóriam.

XI

Ita mágni fluctus eíciebantúr . .

XII*

Crássa puluis óritur, omnem péruolat caelí fretum.

ACHILLES ARISTARCHI

I

Exsúrge, praeco: fác populo audiéntiam
* *
*
Siléteque et tacéte atque animum aduórtite:
Audíre uos iubet ímperator . . .

liberum ... sed ut isti nolunt: neque tuum umquam in gremium extollas liberorum ex te genus. Et idem: namque Aesculapi liberorum. At ille alter in Chryse ... Atqui dixit Attius' e. q. s. Achilli Ennii uindicauit Bergkius Ind. lect. Marb. aest. 1841 p. VIII sq. IX Nonius p. 472, 30 'proeliant. Ennius Achille ...' (Achille Aristarchi Aldina) X Isidorus different. 218 'inter famam et gloriam: gloria quippe uirtutum est, fama uero uitiorum. Ennius in Achille: summam' e. q. s.

XI Cicero in Verr. act. II 1, 18 'tum subito tempestates coortae sunt maximae, iudices, ut non modo proficisci, cum cuperet, Dolabella non posset, sed uix in oppido consisteret: ita' e. q. s. Schol. Gronou. in h. l. 'ita magni' e. q. s. 'Enniano hemistichio usus est ex ea tragoedia, quae Achilles inscribitur.' XII Nonius p. 205, 28 'fretum ... masculini — — Ennius ...'

ACHILLES ARISTARCHI I Plautus Poenuli prol. 1 'Achillem Aristarchi mihi commentari lubet: Inde mihi principium capiam ex ea tragoedia. Sileteque ..... imperator histricus.' II 'Exsurge' e. q. s.

---

26 interea *Klussmannus in Jahnii Annal. philol.* 1845 *suppl. p.* 328, *Lachmannus ad Lucr. II* 118. inta *libri* 28 pro bona partam *O. Ribbeckius.* et pro bona paratam *Isidorus* 34 uos iubet *O. Ribbeckius.* iubet uos *libri*

II

35 . . . . . prolato aere ástitit

AIAX

I *

Salmácida spolia síne sudore et sánguine

II *

Hoc lúmen iubárnest quod ín caelo cérno?

III **

. . utrum hacin fériam an ab laeuá latus?

IV

Qui rém cum Achiuis gésserunt statím . .

II Festus p. 242 M. 'prolato aere astitit Ennius Achillae in' (in Achille Scaliger) 'Aristarchi cum ait, significat clypeo ante se protento.' Paulus p. 243 M. 'prolato aere apud Ennium significat scuto ante se protento.'

AIAX I Festus p. 329 M. 'Salmacis nomine nympha Caeli et Terrae filia fertur causa fontis Halicarnasi aquae appellandae fuisse Salmacidis, quam qui bibisset, uitio impudicitiae mollesceret. Ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus occasionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium puerorum puellarumque niolaudarum, quia non patet refugium. Ennius ...' Cicero de off. I 18, 61 'itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest: nos enim iuuenes animum geritis muliebrem, illa uirgo uiri, et si quid eius modi: Salmacida' e. q. s. Ad Aiacem O. Ribbeckius refert II Varro de L. L. VI 6 M. 'ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata, Pacuuianus dicit pastor ... Ennii Aiax: hoc lumen' e. q. s. (Ennius Aiax lumen libri) Ibidem VI 81 M. 'cerno idem ualet: itaque pro uideo ait Ennius: lumen' e. q. s. Ibidem VII 76 M. 'trigona faciant. Aliquod lumen' e. q. s. 'iubar dicitur stella Lucifer, quasi in summo quod habet lumen diffusum ut leo in capite iubam.' III Plautus Cistell. III 10 'utrum hacin feriam an ab laeua latus?' Cf. Ladewicus Anal. scen. p. 22 IV Nonius p. 393, 13 'statim producta prima syllaba a standO, perseueranter et aequaliter significat. Terentius [Phorm. V 3, 7] Plautus Amfitryone [I 1, 84] idem in eadem [I 1, 120] Ennius Aiace ...'

---

36 Salmacida spolia *Scaliger Lect. Auson. I* 28. *cf. Turnebus Adu. XXVIII* 39. Salmacid aspolla *cod. Festi.* Salmaci da spolia *uulgo* sudore et sanguine *Cicero.* sanguine et sudore *Festus* 37 Aiax Hoc lumen iubarnest quod *O. Ribbeckius.* Aiax lumen iubarne *libri VI* 6, *nisi quod* iubarne *Haun.* aliquod (aliquot *Goth.*) lumen iubarne *libri VII* 76. lumen iubarne *libri VI* 81 *cf. supra* 38 hacin *O. Ribbeckius p.* 272. hac me *libri*

V

'Animam misso sángui tepido túllii efflantés uolant.

ALCVMAEO

I

factum est iám diu

II

Múltis sum modis círcumuentus, mórbo, exilio atque ínopia;
Túm pauor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat;
Máter terribilém minatur uítae cruciatum ét necem,
Quaé nemo est tam fírmo ingenio et tánta confidéntia,
Quín refugiat tímido sanguen átque exalbescát metu.

V Festus p. 352 M. '[tullios alii] dixerunt esse silanos, alii riuos, alii uehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene: Ennius Aiace ...' Paulus p. 353 M. 'tullios alii ... Ennius: sanguine' e. q. s.

ALCVMAEO I Nonius p. 127, 13 'iamdiu pro olim ... Ennius Alcmeone ...' II Cicero de orat. III 58, 218 'aliud' (sc. uocis genus sibi sumit) 'metus, demissum et haesitans et abiectum [42—46].' Idem de fin. IV 23, 62 'hoc uero te ferre non potuisse, quod antiqui illi ... crediderint, eius, qui honeste uiueret, si idem etiam bene ualeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore uitam melioremque et magis expetendam, quam illius, qui aeque uir bonus multis modis esset, ut Enni Alcmaeo, circumuentus — inopia.' Idem de orat. III 38, 154 'nouantur autem uerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt, uel coniungendis uerbis ut haec [43].' (Deest hic locus in Erl. a) Idem Tusc. disp. IV 8, 19 'pauorem, metum mentem loco mouentem, ex quo illud Ennius [43].' Nonius p. 16, 7 'expectorare est extra pectus eicere — Cicero de orat. lib. III: [43].' Quintilianus VIII 3, 31 'at ueteres ne expectorat quidem timuerunt.' Cicero de fin. V 11, 31 'quis est enim aut

---

40 animam misso sangui *Hermannus in Soph. Ai.* 918 *ed. tert.* Aiax misso sanguine *cod. Festi* tullii *Paulus.* tulii *cod. Festi*

43 omnem, *om.* mi, *Abrinc. Erl. a Cic. de orat. III* 218. omnem mihi *Reg. Pith. Cic. Tusc.* mihi omnem *Nonius* exa^{m}imato *Erl. a de orat. III* 218. ex anima *Reg. Pith. Tusc.* 44 mater *O. Ribbeckius.* alter *libri plerique, om. Abrinc. Erl. a* minatur *Abrinc. Erl. a.* minitatur *ceteri* 46 fugiat *Nonius* sanguen *Abrinc. Erl. a b de orat., Nonius, Priscianus.* sanguine *ceteri libri Ciceronis de orat.* sanguis *Cicero de fin.*

III *

Múlierem: quid pótius dicam aut uérius quam mú-
lierem?

IV

. . . unde haéc flamma oritur?

* *
*

'Incedunt incédunt, adsunt ádsunt adsunt, me éx-
petunt.

* *
*

Fér mi auxilium, péstem abige a me, flámmiferam hanc
uim, quaé me excruciat.
Caéruleo incinctae ángui incedunt, círcumstant cum
ardéntibus taedis.

* *
*

Inténdit crinitús Apollo
Arcum aúratum, luna ímnixus,
Diána facem iacit á laeua.

quotus quisque, cui mors cum adpropinquet, non refugiat' e. q. s. Nonius p. 224, 16 'sanguis ... neutro — Cicero de finibus bonorum et malorum lib. V: quotus quisque est' e. q. s. Priscianus VI p. 708 P. (I p. 262 K.) 'ueteres hoc sanguen dixerunt. Cicero in Hortensio: ut ait Ennius: refugiat' e. q. s. III Rutilius Lupus I 12 p. 43 Ruhnk. 'diaphora: hoc schema est, cum uerbum iteratum aliam sententiam significat, ac significauit primo dictum. Id est huius modi ... Item uniuersum mulierem' e. q. s. Item Enni uersus: mulierem Meinekius, qui aliena manu haec e margine inlata esse suspicatur. Alcumaeonis esse O. Ribbeckius coniecit IV Cicero Acad. pr. II 28, 89 'quid? ipse Alcmaeo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitatus furore: unde' e. q. s. [48] 'et illa deinceps: incedunt' e. q. s. [49] 'quid? cum uirginis fidem inplorat: [50. 51] num dubitas, quin sibi haec uidere uideatur? itemque cetera: intendit' e. q. s. [53—55] 'qui magis haec crederet, si essent, quam credebat, quia uidebantur? apparet enim iam cor cum oculis consentire.'

---

49 *Emendauit O. Ribbeckius.* incaede in caede adsunt me expetunt *Vind.* incede assunt me expetunt *Erl.* incede incede adsunt adsunt me me expetunt *ceteri* 51 caeruleo *Columna.* caerulea *Vind.* caerulee *Erl.* caeruleae *ceteri libri* angui *Columna.* igni *libri* 55 faces *unus Oxon.*

V

Séd mihi ne utiquam cór consentit cum óculorum
aspectú . .

ALEXANDER

I**

. máter grauida párere se ardentém facem
Visa ést in somnis Hécuba: quo fató pater
Rex ípse Priamus sómnio, mentís metu
Percúlsus, curis súmptus suspirántibus,
Exsácrificabat hóstiis balántibus.
Tum cóniecturam póstulat pacém petens,
Vt se édoceret óbsecrans Apóllinem,
Quo sése uertant tántae sortes sómnium.
Ibi éx oraclo uóce diuina édidit
Apóllo, puerum prímus Priamo quí foret
Postílla natus, témperaret tóllere:
Eum ésse exitium Tróiae, pestem Pérgamo.

II

Voláns de caelo cúm corona et taéniis

V Cicero Acad. pr. II 17, 52 'quod idem contingit insanis, ut et incipientes furere sentiant et dicant aliquid, quod non sit, id uideri sibi; et cum relaxentur, sentiant atque illa dicant Alcmaeonis [56].' Ibidem II 27, 88 'cum experrectus esset Ennius non se uidisse Homerum, sed uisum esse. Alcmaeo' (altineo Gud. altmeo Erl.) 'autem: sed ... consentit.' Festus p. 165 M. 'neutiquam [pro nullo modo dici testis est ...] cum ait: sed ..... lorum aspect.' Cf. IV

ALEXANDER I Cicero de diu. I 21, 42 'haec etiam si ficta sunt a poëta, non absunt tamen a consuetudine somniorum. Sit sane etiam illud commenticium, quo Priamus est conturbatus, quia mater grauida' e. q. s. quia Ciceronis esse O. Ribbeckius intellexit: eodem auctore Ennii Alexandro ascripsi fragmentum II Festus p. 360 M. 'taenias Graecam

56 ne utiquam *Erl. Cic. Acad. II* 88. uentiquam *Gud. ibid.* neutiquam *ceteri* cor sentit *Erl. Cic. Acad. II* 88 57 quia mater *uulgo* 58 fato *Heinsius, O. Ribbeckius.* facto *libri* 62 coniecturam *Leid. et edd. aliq. Orellii.* coniecturum *Erl. Vind.* coniectorem *ceteri* 63 doceret *Vind. edd. aliq. Orellii* apollonem *Erl.* 64 somniorum *Erl.* 65 oraculo *Erl.* uocem diuinam *ex Eliensi Dauisius* diuinae dedit *Leid.* 66 prius *Vind.* 67 temperaret tollere *cod. Vossii, Vind. m. pr., om. cod. S. Victoris.* temptaret tollere *Palat. b Erl.* tempora extollere *Vind. m. alt.* tempora et tollere *alii.* tempora hunc si tolleret *uulgo*

III

Iam dúdum ab ludis ánimus atque aurés auent
Auide éxpectantes núntium.

IV

Hóminem appellat: 'quíd lasciuis, stólide?' non intéllegit.

V

Múlti alii aduentánt, paupertas quórum obscurat nómina.

VI

Quápropter Parím pastores núnc Alexandrúm uocant.

VII *

Is habét coronam útulans uictória.

VIII *

Hecuba

Séd quid oculis rábere uisa es dérepente ardéntibus?
'Vbi illa tua paulo ánte sapiens úirginali' modéstia?

uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati — — Ennius in Alexandro ...' III Varro de L. L. VI 83 M. 'auris' (sic O. Muellerus. audio libri) 'ab aueo, quod his auemus discere semper, quod Ennius uidetur ἔτυμον ostendere uelle in Alexandro, quom ait: iam' e. q. s. IV Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus. Ennius l. I [LXVII] et in Alexandro ...' V Macrobius Sat. VI 1 p. 506 Jan. 'multi praeterea, quos fama obscura recondit. [Aen. V 302] Ennius in Alexandro ...' VI Varro de L. L. VII 82 'apud Ennium: [100] item: quapropter' e. q. s. 'imitari dum uoluit Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus: nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta.'

VII Paulus Festi p. 369 M. 'uitulans, laetans gaudio, ut pastu uitulus. Ennius ...' Ad Alexandrum pertinere Hartungus Eur. rest. II 238 coniecit VIII Cicero de diu. I 31. 66 'inest igitur in animis praesagitio extrinsecus iniecta atque inclusa diuinitus. ea si exarsit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur: [76—84]. O poëma tenerum et moratum atque molle! Sed hoc minus ad rem. Illud, quod uolumus, expressum est, ut naticinari furor uera soleat: [85. 86]. Deus inclusus corpore humano iam, non Cassandra loquitur: [87—90].' Idem

---

72 lasciuis, stolide *Scaliger*. lasciui stolide *cod.* 73 alii *om. Salisb.* Hecuba] H. *plerique libri, om. Erl. Vind.* 76 rabere *Lambinus e codd., Muretus Var. Lect. IX* 19. rapere *Erl. Vind. Leid. cum libris uulgaribus* uisa es *Lambinus.* uisa est *libri* 77 ubi illa tua paulo ante sapiens *Reizius* '*Burmannum*' *etc. p.* 8. ubi illa paulo a. s. *libri* uirginali *libri*

Cassandra

Máter, optumárum multo múlier melior múlierum,
Míssa sum supérstitiosis áriolatiónibus:
Námque Apollo fátis fandis démentem inuitám ciet.
Vírgines aequális uereor, pátris mei meum factúm pudet,
'Optumi uirí. Mea mater, tuí me miseret, meí piget:
'Optumam progéniem Priamo péperisti extra me: hóc dolet:
Mén obesse, illós prodesse, me óbstare, illos óbsequi!

* * *

'Adest, adest fax óbuoluta sánguine atque incéndio!
Múltos annos látuit: ciues, férte opem et restínguite!
lámque mari magnó classis cita
Téxitur: exitium éxamen rapit:
'Aduenit, fera uéliuolantibus
Náuibus complebít manus litora.

Orat. 46, 155 'itaque idem poëta, qui inusitatius contraxerat patris m. m. f. pudet pro: meorum factorum, et [88] pro: exitiorum, non dicit liberum ... At ille alter in Chryse ... Atqui dixit Attius ...' Idem de diu. II 55, 112 'at multi saepe uera uaticinati, ut Cassandra: iamque mari magno. Eademque paulo post: eheu uidete.' Idem ad Atticum VIII 11, 3 'προθεσπίζω igitur, noster Attice, non ariolans ut illa, cui nemo crediderit, sed coniectura prospiciens: iamque mari magno, non multo, inquam, secus possum uaticinari, tanta malorum inpendet *Ἰλιάς*.' Nonius p. 112, 25 'faxs pro face. Varro ... idem Sexagesi: adest fax inuoluta incendio.' Idem p. 328, 22 'innolutum, occupatum, comprehensum. Varro Sexagesi: adest fax innoluta incendii.' Haec e tragoedia sumpsisse Varronem intellexit Langius Vind. p. 48. Ad Alexandrum rettuli cum O. Ribbeckio ut proximum

---

Cassandra] C. *plerique libri*, *om. Erl. Vind.* 78 optumarum *M. Hauptius Philol. II* 279, *Bergkius.* optuma tum *libri* mulier melior missa *Vind.*, *erasa post* melior *uoce aliqua, cuius apparent apices:* is, *superscr. m. alt.* mulierum 79 ariolationibus *Vind.* hariolationibus *ceteri* 80 namque *O. Ribbeckius.* neque me *libri.* namque me *Hottingeriana*, *Bergkius* 81 uirgines aequalis uereor *O. Ribbeckius.* uirgines uero aequales *libri*, *nisi quod* aequalis *Leid.* equalis *Erl.* 83 reperisti *Erl.* repperisti *Vind. Leid.* 84 men *Vind. Leid.* me *ceteri* 86 referte *Erl. Vind. Leid. edd. aliq. Orellii* 87 maria *Med. ad Att.* clausis *Vind.* 89 aduenit *Leid. Erl.* aduenit et *Vind. cum plerisque* 90 nauibus] manibus *Erl.* complebit *libri*

IX *

eheú, uidete!
lúdicabit ínclitum iudícium inter deás tris aliquis:
Quó iudicio Lácedaemonia múlier, Furiarum úna, adueniet.

X

O lúx Troiae, germáne Hector!
. . . . . quíd te ita contuó lacerato córpore,
Miser, aút qui te sic tráctauere nóbis respectántibus?

XI

Nam máximo saltú superabit gráuidus armatis equus,
Suó qui partu [pródigioso] pérdat Pergama árdua.

XII

. . . . amidio purus putus

IX Cicero de div. I 50, 114 'furibunda mens uidet ante multo, quae sint futura: quo de genere illa sunt: eheu' e. q. s. Ibidem II 55, 112 (cf. VIII) X Macrobius Sat. VI 2 p. 511 Jan. 'o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum, et reliqua. [Aen. II 281] Ennius in Alexandro ...' XI Macrobius Sat. VI 2 p. 513 Jan. 'cum fatalis equus saltu super ardua uenit Pergama, et armatum peditem grauis attulit aluo. [Aen. VI 515] Ennius in Alexandro ...' Idem Sat. II 9 p. 316 Jan. 'quem' (sc. porcum Troianum) 'illi ideo sic uocabant, quasi aliis inclusis animalibus grauidum, ut ille Troianus equus grauidus armatis fuit.' XII Festus p. 217 M. '[putum pro puro dixisse] antiquos — — ne[que aliter accepit Ennius cum dixit] inalexandr ..... amidio purus put[us].' (cf. II: Keilius l. l. p. 622) Gellius VI 5 'scriptum est autem purum putum ... eum in multis aliis ueterum libris, tum in Q. quoque Ennii tragoedia, quae inscribitur Alexander.'

---

plerique. compleuit *Leid. Erl. Vind. cf. Bergkius Ephem. Darmst.* 1834 *p.* 1008 92 iudicabit *Bergkius, M. Hauptius Philol. III* 547, *qui etiam numeros constituit.* iudicauit *libri* inclitum *Erl.* inclytum *Vind.*

inter deas tris *Leid. cum plerisque.* inter deastris *Vind.* (us *m. alt. superscr.*) inter de astris *Erl.* 94 — 96 *Versus constituit O. Ribbeckius* 95 te ita contuo *Vossius.* ita cum tuo *libri* 96 respectantibus tractauere nobis *libri, transposuit O. Ribbeckius* 97 nam] nunc *Par.* superabit *Vossius.* superauit *libri* grauibus armatis *Anglic. Par. Med. a b c Neap.* grauis armatus *Salisb.* 98 qui suo partu ardua perdat Pergama *libri, nisi quod* Pergama *om. Salisb.* suo qui partu perdat Pergama ardua *Bergkius.* suo qui partu .... ardua perdat Pergama *Fleckeisenus*

ANDROMACHA AECHMALOTIS

I

Andrómachae nomen qui índidit, recte índidit.

II

. . . . . sed quasi ferrum aút lapis
Durát, rarenter gémitum conatúr trahens.

III

. . . annos múltos longinque áb domo
Bellúm gerentes súmmum summa indústria.

IV

Quíd fit? seditió tabetne an números augificát suos?

V

Nám neque iratí neque blandi quícquam sinceré sonunt.

VI

'Acherunsia témpla alta Orci, [sáncta,] saluete, ínfera,
Pállida leti, obnúbila tenebris [átris, aeternís] loca!

ANDROMACHA AECHMALOTIS I Varro de L. L. VII 82 M. 'apud Ennium: Andromachae' e. q. s. 'item: [74] imitari dum uoluit Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus: nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. Ille ait, ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδρὶ μάχεται: hoc Ennii quis potest intellegere uiro aduersam significare: Andromachae nomen' e. q. s. II Nonius p. 515, 26 'rarenter ... Ennius Andromacha: sed' e. q. s. III Nonius p. 402, 3 'summum, gloriosum, laudabile .... Ennius Andromaca haec malo: annos' e. q. s. Idem p. 515, 13 'longinque et longiter pro longe. Accius Andromache ei malo: annos' e. q. s. (Andromachae eimala Bamb. Andromacha aechmalotide Rothius et his et ceteris locis) IV Nonius p. 76, 2 'augificat, auget. Ennius Andromacha: quid fit' e. q. s. V Nonius p. 505, 25 'sonunt ... Ennius Andromace ethemapotide ...' VI Varro de L. L. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in

---

100 Andromache *Flor. utrobique* recte ei indidit *libri priore loco* 101 quasi ferrum *Bamb. W.* quasi aut ferrum *ceteri libri* 102 conatur trahens *O. Ribbeckius.* conatur trabem *libri.* conatu trahens *Lipsius* 103 a domo *Nonius p.* 515 105 tabetne Lipsius *Ant. Lect. IV* 17. tabesne *libri* numeros *Aldina.* numerus *libri* 106 quicquam *edd.* quiquam *libri* 107 Acherunsia *Reg. Gud. Ciceronis.* Acherontia *ceteri libri Ciceronis.* Acherusia *Varro* sancta saluete infera *O. Ribbeckius.* saluete infera *Varro, om. Cicero* 108 leti obnubila *O. Ribbeckius.* leti onubila *Reg.* letio nubila *Gud.*

VII

Nam ubi íntro ducta est púerumque, ut lauerént, locant
In clúpeo

VIII

Rapit éx alto naues uelíuolas

IX

Quíd petam praésidi aut éxequar? quóne nunc
Aúxilio aut éxili aút fugae fréta sim?
'Arce et urbe órba sum. Quo áccedam? quo ápplicem?
Cuí nec arae pátriae domi stant, fráctae et disiectaé iacent,
Fána flamma déflagrata, tósti alti stant párietes
Déformati atque ábiete crispa

* * *

Hecuba ... in terra, ut in Periboea ... sub terra, ut in Andromacha [107].' Cicero Tusc. disp. I 21, 48 'quae est anus tam delira, quae timeat ista, quae uos uidelicet, si physica non didicissetis, timeretis [107. 108].' VII Nonius p. 504, 15 'lauerent etiam inde manauit. Ennius Andromacha: nam ubi' e.q. s. VIII Macrobius Sat. VI 5 p. 529 Jan. 'despiciens mare neliuolum. [Aen. I 224] ... Ennius in quarto decimo: cum procul ... Nauibus neliuolis. idem in Andromache: rapit' e. q. s. Seruius in Aen. I 224 'Ennius: naues neliuolas.' (nauis[es] ueliuolas Cassell.) IX Cicero Tusc. disp. III 19, 44 'quaerendum igitur, quem admodum aegritudine premamur eum,

---

leti nubila *Oxon. plerique.* Lethes obnubila *Elicns. b* altris, aeternis *om. libri* 109 puerorumque *W* lauarent *Bamb.* 110 cypeo *Leid. Bamb.* cipeo *ceteri libri.* clypeo *Aldina* 111 racapit *Par.* 112—117 *Numeros constituit Bentleius* 112 praesidii *Gud. Tusc. Erl. b de or. III* 101. praesidia *Erl. b de or. III* 183 exequi *Gud. Tusc.* sequar *Erl. b de or. III* 183 113 auxilio aut exili *O. Ribbeckius.* auxilio exili *Reg. Pith. Bern. cum ceteris Orellii, Bentleius.* auxilio exilii *Gud.* auxilio, *om.* exili, *edd. aliq.* aut auxilio exili *G. Hermannus Elem. doctr. metr. p.* 205 *Epit. p.* 81 fugae *unus Oxon., Bentleius.* fuga *ceteri libri* 114 arcem et urbem orbas *Viteb. Eins. Dresd. alii Orat.* arcent urbem orbam *Abrinc. ibid.* accedam *Gud. teste Halmio, Pith. Reg. ex cod. Gudiana et Krarupiana cum ceteris libris plerisque, Bentleius.* accidam *Bern. b corr., Reg. sec. Tregderum* 116 alii *Reg. Pith. Gud.* 117 abiecte *Gud. Cf. Lachmannus ad Lucr. II* 991

O páter, o patria, o Príami domus,
Saeptum áltisono cardíne templum!
Vidi égo te astante ope bárbarica
Tectís caelatis lácuatis,
Auro ébore instructam régifice.
Haec ómnia uidei inflámmari,
Priamó ui uitam euítarei
Iouis áram sanguine túrpari.

X

Ex ópibus summis ópis egens, Hectór, tuae.

qui ita dicat: pol mihi fortuna ... Ecce tibi ex altera parte ab eodem poëta [126]. Huic subuenire debemus; quaerit enim auxilium [112—117]. Scitis quae sequantur, et illa in primis [118—122]. O poëtam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. Sentit omnia repentina et necopinata esse grauiora. Exaggeratis igitur regiis opibus, quae uidebantur sempiternae fore, quid adiungit? [123—125]. Praeclarum carmen! est enim et rebus et uerbis et modis lugubre.' Idem de orat. III 47, 183 'paeon ... par fere cretico, qui est ex longa et breui et longa, ut [112]' laudata illa Rufino de metr. p. 2716 P. (392 G.) Cicero de orat. III 26, 101 (postquam de Roscio dictum est) 'quid? ille alter: quid petam praesidi? quam leniter, quam remisse, quam non actuose! instat enim [118]: in quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta.' Seruius in Aen. II 241 'o patria: uersus Ennianus.' Cicero Orat. 27, 93 'alio modo transtulit cum dixit Ennius arce et urbe orba sum, alio modo, si pro patria arcem dixisset.' Idem de orat. III 58, 217 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac macror: flexibile, plenum, interruptum, flebili uoce ... et illa [118] et quae sequuntur [123. 124].' Idem Tusc. disp. I 35, 85 'Priamum ... hostilis manus interemit. Hic si uiuis filiis incolumi regno occidisset astante ope barbarica [121], utrum tandem a bonis an a malis discessisset? Tum profecto uideretur a bonis. At certe ei melius euenisset, nec tam flebiliter illa canerentur [123—125].' Seruius in Aen. I 726 'legitur et lacuaribus. Cicero Tusculanarum [121].' Cicero Tusc. disp. III 22, 53 'hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare: haec omnia uidi, sed iam decantauerant fortasse.' Nonius p. 181, 1 'turpari, a turpitudine. Cicero Tusculanarum lib. IIII: [125].' Ex hoc carmine siue Accium (in Eurysace) siue Accii actorem Aesopum haec: o pater et u. 123 desumpsisse e Ciceronis Sestiana 57, 121 recte conlegit O. Ribbeckius Quaest. scen. p. 328 sq. Idem carmen Tacitum ab exc. d. Aug. XIII 15 intellegere animaduertit Columna X Cicero Tusc. disp. III 19, 44 (cf. IX)

118—125 *Liberiores anapaestos agnouit G. Hermannus Elem. doctr. metr. p.* 389 120 adstantem *Rey. Pith. Gud.* 121 celatis *Reg. Gud.* lacualis *Seruius.* laquealis *Ciceronis libri* 122 instructum *Vrsini ms.* regificem *Reg. Pith. Gud.* 123 uidet *Abrinc. Erl. b de or. III* 217 (*teste Orellio*). uidi *ceteri* 124 ui *om. Erl. b ibid.* euitaret *Abrinc. Erl. b ibid.* euitari *ceteri*

XI

Quantís cum aerumnis íllum exanclauí diem!

XII *

Vidí, uidere quód sum passa aegérrume,
Hectórem curru quádriiugo raptárier,
Hectóris natum dé muro iactárier.

XIII

Festus p. 298 M. '[summu]ssi dicebantur [murmuratores] ... Naeuius — Ennius in sexto [VI] [Enniu]s in Andromacha: di[cere] .... [no]n est: nam mussare si .....'

ANDROMEDA

I

. . . . quae cáua caeli
Signitenentibus confícis bigis!

II *

. . . . . et quís illaec est, quae lúgubri
Súccincta est stola?

XI Nonius p. 292, 8 'exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromache malo torquentis cum' e. q. s. (torquantis Geneu. Andr. aechmalotide: quantis Rothius. Andromache molotto: quantis Mercerus) XII Cicero Tusc. disp. I 44, 105 'trahit Hectorem ... Achilles ... At illa sieut acerbissimam rem maeret: [128. 129] quem Hectorem? aut quam diu ille erit Hector? Melius Accius ...' Varro de L. L. X 70 M. 'non modo poëtae, sed etiam plerique ac primo omnis, qui soluta oratione loquuntur, dicebant, ut quaestorem, praetorem, sic Hectõrem, Nestõrem. Itaque Ennius ait [130].' Vtrumque locum coniunctum Andromachae tribuit Scaliger

ANDROMEDA I Varro de L. L. V 19 M. 'a Chao choum, hinc cauum et hinc caelum .... itaque dicit Andromeda nocti: quae' e. q. s. 'et Agamemnon .... et Ennius item ad cauationem ...' (Andromeda Scaliger. Andromada Par. b. Andromacha Flor. 'ut uid.' Androma Goth. Haun. Par. a et e) II Nonius p. 198, 1 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit .... Ennius: et quis' e. q. s. Hue refert

127 erumnis *plerique libri* aerumnas illum exanclari eum diem *Basil.* 128 quod sum passa *Vind. a Duisb., Dauisius.* quod me passa *Reg. Pith. Gud. cum ceteris* 129 curro *Reg. Gud.* 130 de moero *Scaliger.* de Troiano muro *libri* iactarier *Scaliger.* iactari *libri*

III *

135 Nerei natis

IV

Líberum quaesúndum causa fámiliae matrém tuae

V **

Nonius p. 352, 23 ‘numero significat cito .... Varro *περὶ ἐξαγωγῆς*: quid puera’ (sic O. Ribbeckius. puer libri) ‘rogasset et petasatus capite annuisset. Ac discedens numero uenire ait adulescentem.’

VI **

Nonius p. 400, 10 ‘stupidus, stultus et iniquus. Varro *περὶ ἐξαγωγῆς*: Andromeda uincta et proposita ceto non debuit patri suo, homini stupidissimo, in os spuere uitam?’ Haec duo fragmenta Varroniana ad Ennii Andromedam pertinere O. Ribbeckius suspicatur.

VII

. . . . fíliis proptér te obiecta sum ínnocens Nérei.

VIII

Scrúpeo inuestíta saxo, atque óstreis squamaé scaprent.

IX

140 Córpus contemplátur, unde córporaret uúlnere.

O. Ribbeckius (III Priscianus VII p. 733 P. (I p. 297 K.) ‘his natabus, filiabus ... Et filiis tamen in eodem genere dictum est. Ennius in Andromeda [137. 138]. Idem: Nerei natis. pro natabus.’ Huc refert O. Ribbeckius IV Festus p. 258 M. ‘quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium — — et in Andromeda: liberum’ e. q. s. (andromedo aliberum cod.) VII Priscianus VII p. 733 P. (I p. 297 K.) ‘filiabus, deabus, equabus ... Et filiis tamen in eodem genere dictum est. Ennius in Andromeda ... id est filiabus.’ (id est Nereidibus Bamb.) VIII Nonius p. 169, 22 ‘scapres pro scabres. Ennius Andromeda ...’ Festus p. 333 M. ‘[scrupi dicuntur aspera] saxa et difficili[a attrectatu, rupesque nauigato]ri insuetae, aut ..... lere. Ennius in An[dromeda .....] tita saxa atque hos .....’ IX Nonius p. 20, 22

136 quaesundum *O. Ribbeckius*. quaesendum *uulgo*. quae secundum *cod. teste H. Keilio l. l. p.* 623 137 abiecta *Bamb. m. alt.* obiecta *m. pr. ut ceteri* 139 serepeo *Leid.* fila saxa atque hos *cod. Festi* squamae seaprent *Mercerus*. quam excrabrent *libri*

X

. . . circúm sese uruat ád pedes, terra ócculit
Cáput

XI

. . . . rúrsus prorsus réciprocat fluctús feram.

XII

. . . . . alia flúctus differt, díssupat
Vísceratim mémbra, maria sálsa spumant sánguine.

XIII *

. . . . . áger oppletus ímbrium
Frémitu

ATHAMAS

His érat in ore Brómius, his Bacchús pater,
Illís Lyaeus útis inuentór sacrae:
Tum páriter euhan eúhoe euhoe eúhium
Ignótus iuuenum coétus alterná uice
Inibat alacris, Bácchico exsultás modo.

'corporare est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere. Ennius Andromeda ...' X Festus p. 375 M. 'uruat, Ennius in Andromeda, significat circundat — — ait autem: circum' e. q. s. XI Nonius p. 165, 11 'riseus, loca in parietibus angusta. Terentius ...' (deinde excidisse de u. reciprocare lemma coniecit Junius) 'Ennius Andromeda ...' Idem p. 384, 33 'rursus, retro ... Ennius Andromeda ...' XII Nonius p. 183, 17 'uisceratim Ennius Andromeda ...' (per uiscera add. Bamb., ubi comma ipsum deest, ut plerumque in his partibus XIII Seruius in Verg. Georg. I 12 'frementem fudit aquam legunt, quod ueteres murmura aquae fremitum dicebant. Ennius: ager' e. q. s. Huc refert O. Ribbeckius coul. Liuii Androm.

ATHAMAS Charisius II p. 214 P. (144 Lind.) 'euhoe. Maro septimo: euhoe Bacche fremens, solum te uirgine dignum Vociferans. Ennius in Athamante: his erat' e. q. s. Ennio abiudicarunt Bothius et Welckerus de trag. Graec. p. 1374. Cf. Albertus Langius Quaest. metr. p. 16 et 30

---

141 occulit *Vossius.* occ... *cod.* 143 rursus *plerique libri.* riseus *W p.* 165, *etiam in Leid.* i *superscr. pro* ur, *ut sit* risus prorsus *plerique libri.* porsus *W p.* 384 rusus prosus *cum Palmerio Spicileg. ap. Grut. IV* 770 *O. Ribbeckius* fructus *libri p.* 165 fera *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 70 148 his erat *Fabricius.* is erat *cod. ed. pr.* 149 Lyaeus *ed. pr.* Lisaeus *cod.* 150 Euan, euhoe, euhoe, Euius *Fabricius.* euhan euhium *cod.* Euan Euius *ed. pr.* 152 exsultas *cod. cf. H. A. Kochius Mus. philol. IX* 305. exsultans *edd.*

CRESPHONTES

I

. . inter se sórtiunt urbem átque agros.

II

Audi átque auditis hóstimentum adiúngito.

III **

Iniúria abs te adfício indigná, pater.
Nam si ímprobum esse Crésphontem olim exístimas,
Cur me huíc locabas núptiis? Sin ést probus,
Cur tálem inuitam inuítum cogis línquere?

Pater

Duxí probum:
Erráui, post cognóui, et fugio cógnitum.

CRESPHONTES I Nonius p. 471, 9 'sortirent pro sortirentur. Varro ... inter se sortiant. moderant .... sortiunt Ennius Cresfonte ...' II Festus p. 270 M. 'redhostire — — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte ...' III Rhet. ad Herennium II 24, 38 'utuntur igitur studiose in confirmanda ratione duplici conclusione, hoc modo [155—158]. Quae hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur aut ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna, o nata, adficio iniuria:
Si probus est, bene locaui: sin est inprobus,
Diuortio te liberabo incommodis.'

(In quae scripturae discrepantiae hae sunt: 1 ten Wuerzb. o om. Par. Erf. Opitz. Wuerzb. nuta adficio Wuerzb. iniuria afficio Bamb. b sed cum signis transpositionis m. pr. 2 es Erf. Wuerzb. bene locaui Aldina. locaui Bamb. b Opitz. conlocaui Par. collocaui Bamb. a Fris. Tross. Tur. sin es Erf. sin autem est Bamb. b Opitz. Fris. Tur. sin aut Tross. collocabis inest Wuerzb. 3 diuortii Erf. te libero Erf. libero te Par. Bamb. a Fris. Wuerzb. liberabo te

153 an *praemittunt libri, eiectum ab O. Ribbeckio, cf. supra* 154 audi *Scaliger.* audis *cod.* 155 a te *Opitz.* adficior *Wuerzb.* afficior *uulgo* indigne *Bamb. a Fris.* 156 nam si inprobum esse Cresphontem olim existimas *Fleckeisenus.* nam si inprobum esse Chresphontem existimas *libri, nisi quod priore loco:* chresponthem *Par. Bamb. a Fris.* chresponthe *Wuerzb.* crespontem *Opitz.* existimabas *Bamb. b Tross. Tur. Opitz., altero:* inprobum threspontem esse existimabas *Bamb. b Opitz.* nam si improbum Cresphontem existimaueras *uulgo.* nam si duxi, *mediis omissis, altero loco Wuerzb.* 157 huius *Fris. Tur. et corr. Par. utroque loco, Tross. altero.* his *Bamb. b altero loco* locasti *Tur.* sinesi *Wuerzb.* sine. si *Erf.* 158 liquere *Par. m. pr. Wuerzb. Bamb. b Opitz.* relinquere *Fris. Tross. Tur. et corr. Par.* 160 errare *Fris.* cognoui, fugio nunc cognitum *Bamb. b Tross. Opitz.*

IV

Duxít me uxorem líberorum síbi quaesendum grátia.

V

'Ego meae cum uítae parcam, létum inimico déprecer.

VI

Cresphontes

'Eho tu, di, quibus ést potestas mótus superum atque ínferum,
Pácem inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.

VII

. . . . . [fidem] ópiferam socium áduocant

* * *

. . . . . eunt ad fóntem, nitidant córpora

Bamb. b Tross. Tur. ab incommodis Tross.) 'Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluetur, hoc modo: nam si inprobum ... nuptiis? — Duxi probum [160]. Ergo reprehensio huius modi conclusionis duplex est: acutior illa superior, facilior haec posterior ad excogitandum.' Tres illos uersus: nulla e. q. s. rhetoris, non Ennii esse O. Ribbeckius uidit: relicua ad Ennii Cresphontem pertinere olim intellectum est IV Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Eunium — et in Chresponte ...'

V Gellius VI 16 (deprecor) 'significat abigo et amolior, uel prece adhibita uel quo alio modo. Item Ennius in Cresphonte ...' Cf. ann. VI fr. XIII

VI Rhet. ad Herennium II 25, 39 'item nitiosum est, cum id pro certo sumitur, quasi inter omnes constet, quod etiam nunc in controuersia est, hoc modo: eho' e. q. s. 'Nam ita pro suo iure hoc exemplo usum Cresphontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset.' (thesprotum Par. Bamb. a Erf. Wuerzb. thresprontem Bamb. b trespontem Opitz. chrespontum Fris. tesprotheum Tur.) Cicero de inu. I 49, 91 'controuersum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa adfertur, hoc modo: eho' e. q. s. VII Nonius p. 144, 14 'nitidant,

161 duxit *Scriuerius.* ducit *cod.* 162 meae cum *Bothius.* cum meae *libri* deṕcer *Vat.* deprecor *uulgo* 163 eho tu di (*uel* dii) quibus est *priore loco Fris. Tross. Tur. Bamb. b Opitz., altero omnes.* studiis esse *Par. m. pr.* studiis ẽ *Wuerzb.* studii quibus est *Erf.* nihil studii esse *Bamb. a et Fris. in mg.* nil tu dii esse *Par. corr.* potestas motus *priore loco Tur. Bamb. b Opitz., altero omnes.* potestas *Fris.* potestas aut motus *Tross.* potest aut motum *Par. m. pr. Erf.* potest at motum *Wuerzb.* potest aut motus *Par. corr. Bamb. a et Fris. in mg.* 164 pacem inter *priore loco Bamb. b Tross. Tur. Fris. m. pr., altero omnes.* pacem enim inter *Par. Bamb. a Erf. Fris. corr.* pace enim inter *Wuerzb.* se *Bamb. b Fris.* 165 o pie eam secum aduocant *libri* 166 fontem *edd.* fortem *libri.* eunt ad fontem, nitidant

VIII

Neque térram injcere néque cruenta cónuestire córpora
Mihi lícuit, nec miseraé lauere lácrimae salsum sánguinem.

ERECHTHEVS

I **

Vbi ínitiantur géntes orarum últimae

II *

O térra Thraeca, ubi Líberi fanum ínclutum
Maró locauit!

III

Quibus núnc aerumna meá libertatém paro,
Quibus séruitutem meá miseria déprecor.

abluunt, dictum a nitore. Ennius Cresponte ...' VIII Macrobius Sat. VI 2 p. 512 Jan. 'nec te tua funera mater Produxi pressine oculos aut uulnera lani. [Aen. IX 486] Ennius in Cresphonte ...' (Cressiphonte Anglic. Med. a Salisb. Ctesiphonte Par. edd.)

ERECHTHEVS I Cicero de nat. deor. I 42, 119 'omitto Eleusina, sanctam illam et angustam, ubi initiantur' e. q. s. Huc refert O. Ribbeckius II Varro de L. L. V 14 M. 'locus est, ubi locatum quid esse potest. Vt nunc dicunt conlocatum, ueteres id dicere solitos apparet ... apud Ennium: o terra' e. q. s. Huc reuocauit O. Ribbeckius III Gellius VI 16 (deprecor) 'Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit quam Catullus. Quibus nunc, inquit, aerumna' e. q. s. 'significat abigo et amolior, uel prece adhibita uel quo alio modo.' Nonius p. 290, 17 'deprecor, amolior, depello, propulso ... Ennius Erechtheo ...' (Erechtheo

---

corpora, [Hóstiamque] opimam [sistunt, deos] secum [ut sint] aduocant; *uel:* eunt ad f. n. e. | ..... [praesentiam] ópiferam deorum aduocant *proposuit O. Ribbeckius* 167 inicere *libri* conuertere *Anglic.* corpora Mihi *Bothius.* mihi corpora *exemplaria* 168 salsum *om. Par.* falsum *Salisb.* 170 Thraeca *Fleckeisenus conl. Philol. IV* 311 *sq.* treca *Flor. Haun. Par. c.* trecha *Goth.* tēca *Par. a.* trita *Par. b.* Threca *Gulielmus Veris. I* 19 170 *sq.* inclutum Maro '*in margine exemplaris Spanhemiani in bibliotheca Regia Berolinensi asseruati.*' *cf. Schneiderus uita Varr. p.* 240, *O. Muellerus comm. addend. p.* 299. in ciuium maro *Goth. Haun.* in ciuium muro *Flor. Par. a.* in ciuium moero '*Par. b, ut uid., et c fort.*' *O. M.* 171 locauit *O. Ribbeckius.* locaui *libri* 172 cui nunc *Nonius* erumna *Nonius.* erumpna *Vat. Gellii* libertate para *Nonius* 173 meam *Nonius*

IV

Lápideo sunt córde multi, quós non miseret néminis.

V *

. . . . . út uos uostri líberi
Défendant, pro nóstra uita mórti occumbant óbuiam.

VI

'Arma rigent, horréscunt tela.

VII *

Paréntem et pa[triam, dí, seruate] sóspitem!

VIII *

. . . 'uiuam an móriar, nulla in me ést metus.

IX **

Haec, béllicosus cuí pater, matér cluet Minérua.

cod. Vrsini, Muretus Var. Lect. XIII 19. erepiteo Leid. Geneu. eripiteo ceteri libri) IV Festus p. 162 M. 'neminis — — [Ennius] Erechtheo: lapideo' e. q. s. (Erectheo cod. teste H. Keilio l. l. p. 621) Paulus p. 163 M. 'neminis genetiuo casu Cato usus est, cum dixit: sunt multi corde' e. q. s. V Seruius in Aen. II 62 'occumbere morti: nouae locutionis figura et penitus remota. Ennius: ut nos' e. q. s. Huc refert O. Ribbeckius VI Macrobius Sat. VI 4 p. 519 Jan. 'tum ferreus hastis Horret ager. [Aen. XI 601] horret mire se habet; sed et Ennius ... et in Erechtheo ...' VII Festus p. 301 M. 'sos[pes significat apud] omnes fere auc[tores saluum: sic] — — En[nius in .....] parentem' e. q. s. Huic sedi uindicat O. Ribbeckius ut duos qui insecuntur uersus

VIII Paulus Festi p. 123 M. 'metus feminine dicebant. Ennius: uiuam' e. q. s. Cf. ann. inc. sed. LXXV IX Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Jahn. (2726 P.) 'octonarius iambus ... septenarius: haec' e. q. s. quem septenarium e tragicis eici iussit J. Kraussius Mus. philol. VIII 532

---

174 corde multi *Festus.* multi corde *Paulus* 176 occumbant obuiam *Cassell.* occumbant fortiter *uulgo.* occumbant, *om.* obuiam, *Fuld.* 177 rigent *Aldina.* argunt *Anglic.* horrigunt *Neap.* arrigunt *ceteri libri* 178 *Vncis inclusa in cod. non apparent, suppleuit Scaliger Senarium agnouit Vossius* 180 bellicosus *Carrio.* bellicosis *libri* pater, mater *Carrio.* mater pater *libri*

EVMENIDES

I

Ita sápere opino esse óptumum, ut pro uíribus
Tacére ac fabulári tute nóueris.

II **

. Erebo creáta fuscis crínibus Nox, te ínuoco.

III

Nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem.

IV

Id ego aécum fecisse éxpedibo atque éloquar.

V *

Apollo
Vndé sibi populi et réges consilium éxpetunt,
Summárum rerum incérti, quos ego ópe mea

EVMENIDES I Nonius p. 475, 3 'opino pro opinor ... Pacuuius Chryse: inueni opino esse optumum, Orestes ut heres sed tamen. Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optumum' e. q. s. (Orestes ... optumum om. Bamb.) II Paulus Festi p. 83 M. 'Erebum Vergilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos ... Varro uero Erebo natam Noctem ait. Vnde est et illud: Erebo' e. q. s. Huc refert O. Ribbeckius conl. Aesch. Eum. 321 et 844 III Nonius p. 292, 15 'exanclare, effundere. Ennius Eumenidibus ...' IV Nonius p. 505, 8 'expedibo pro expediam. Pacuuius ... expedibo. Accius Nyctegresia: cuncta expedibo ... Ennius Eumenidibus: id ego' e. q. s. V Cicero de orat. I 45, 199 'quid est enim praeclarius, quam honoribus et rei publicae muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui ciues consilium expetant' e. q. s. Deest hic locus in Erl. a. Eumenidibus assignauit O. Ribbeckius

---

181 *sq. Scripsi ex O. Ribbeckii emendatione.* tacere opino esse optumum et pro uiribus sapere atque *libri, nisi quod* optutum *W.* sapere esse opinor optimum pro uiribus: Tacere ac *Bothius* 182 fabularitate *Bamb.* 183 Erebo procreata *proponit O. Ribbeckius* 185 aecum fecisse *O. Ribbeckius.* aecum accius fecisse *libri. cf. supra* eloquor *W* 186 *Primum a Bothio ex Cicerone erutus uersus, cuius dubiam fidem esse O. Ribbeckius censet: quando Ennius pluribus fortasse populorum regumque concursum exornauerit* unde sibi populi et reges *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 20. unde sibi ciues omnes *Bothius* 187 summarum *Lagomarsiniani omnes.* suarum summarum *Gud. b Erl. a suppl.* suarum *ceteri* ope mea *Reisigius Coni. in Aristoph. p.* 72. mea ope *libri*

Pro incértis certos cómpotesque cónsili
Dimítto, ut ne res témere tractent túrbidas.

VI *

Aréopagitae quídem dedere ei aéquam pugnam . . .

VII

Dicó uicisse Orésten: nos facéssite!

VIII **

Caelúm nitescere, árbores frondéscere,
Vités laetificae pámpinis pubéscere,
Ramí bacarum ubértate incuruíscere,
Segetés largiri frúges, florere ómnia,
Fontés scatere, herbis práta conuestírier.

HECTORIS LVSTRA

I *

Quís ibi non est núlneratus férro Brugio? . . .

conl. Aesch. Eum. 614 VI Varro de L. L. VII 19 M. 'Ennii ... Areopagitae ab Areopago: is locus Athenis.' (hermi Par. b Ennii ceteri libri) Eumenidibus ascripsit Scaliger VII Nonius p. 306, 28 'facessere significat recedere. Ennius Eumenidibus ...' VIII Cicero Tusc. disp. I 28, 69 'hic autem, ubi habitamus, non intermittit suo tempore caelum' e. q. s. Idem de orat. III 38, 154 'nonantur autem nerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt uel coniungendis uerbis ... uel saepe sine coniunctione uerba nouantur, ut: ille senius, ut: di genitales, ut: bacarum ubertate incuruescere.' Nonius p. 122, 17 'incuruiscere Cicero de oratore lib. III: ut bacarum ubertatem incuruiscere. Ita et in Tusculanis lib. I.' Huic fabulae iure inseri ait O. Ribbeckius, cf. Hermannus ad Aesch. Eum. 894

HECTORIS LVSTRA I Cicero pro Rosc. Am. 32, 90 'multos caesos non

188 pro *O. Ribbeckius.* ex *libri* 190 Areopagitae quidem dedere ei aequam pugnam *Fleckeisenus.* Areopagitae quid (quod *Haun.*) dedere (debere *Par. a*) quam pudam (*haec duo uocabula om. Goth. Haun.*) *libri.* A. quidem dedere aequam pugnam *O. Muellerus* 191 Orestem: nos facessite *Bothius, quorum* facessite *praeiuit Junius.* Oresten nos ab hoc facessit *libri* 'Ego dico uicisse Oresten: nós ab hoc facéssite *proponit O. Ribbeckius* 193 laetificae *probauit Bentleius.* laetificare *Reg.* laetiscere *Palat. a* 194 uacarum *Abrinc.* uaccarum *Erl. b de or.* baccarum *Bamb. Nonii* incuruiscere *Nonius, unus Oxon. Tusc.* incuruascere *cdd. aliq. ibid.* incuruesceret *Erl. a suppl. de or.* inturgescere *Gud. b, aliq. Lagom.* incurbescere *Abrinc. de or.* incurnescere *Erl. b de or. Reg. Tusc. cum plerisque ceteris* 196 prata conuestirier Herbis *Naekius in Valer. Cat. p.* 43 197 ibi non est *Cicero.*

II

nos quiéscere
Aéquom est? nomus ámbo Vlixem . . . . . .

III

Hectór ui summa armátos educít foras,
Castrísque castra inférre iam fere óccupat.

IV

at ego omnipoténs . .
Téd exposco, ut hóc consilium Achíuis auxilí fuat.

V

Quid hóc hic clamóris, quid hóc hic tumúlti est?
Noménn qui usurpát meum? quid ín castris strépiti est?

ad Trasumenum lacum, sed ad Seruilium uidimus. Quis ibi non est u. f. B.' Schol. Gronou. in Cic. l. c. 'ferro Frugio] in Ennio haec fabula inducitur Achillis, quo tempore propter Briseidam cum Graecis pugnare noluit: quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. In hac pugna Vlixes uulneratus inducitur et fugiens ad Achillem uenit. Cum interrogaretur ab Aiace,' (Achille Bergkius) 'cur fugisset, ille ut celaret dedecus: quis enim non' (non om. cod., add. Schützius) 'uulneratus ferro Frugio?' Ad Hectoris Lustra referri posse hanc scenam O. Ribbeckius perspexit, ad Achillem rettulit post Bothium Bergkius Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XII II Diomedes I p. 382 P. (ueteres) 'nomus dicunt ... ita ut Ennius in Lustris ...'

III Nonius p. 355, 15 'occupare est proprie praeuenire .... Accius Eurysace: quem admodum impetum occupemus facere ultro in regem? ..... Ennius Haectoris listris ...' IV Nonius p. 111, 15 'fuam, sim uel fiam ... Ennius Haectoris lytris ...' (Haectoris listris W)

V Nonius p. 489, 28 'tumulti. Ennius Haectoris lytris: quid hoc ... meum.' (lystris W, etiam in Leid. s superscr.) Idem p. 490, 7 'strepiti pro strepitus. Ennius Hectoris lystris: quid in castris strepiti est?' (Haectoris lytris Bamb.) Vtrumque locum coniunxit

---

enim *Scholion* Brugio] *cf. O. Ribbeckius Add. p. LX sq.* Frugio *Scholion.* Phrygio *libri Ciceronis* 199 *Interrogandi signum addidit O. Ribbeckius* nomus] *cf. Lachmannus ad Lucr. V* 396 Vlyssem *uulgo* 200 Hector ui *Mercerus.* Hectore *Basil.* Haector ei *ceteri libri* inducit *Basil.* foras *Mercerus.* in foras *libri* 201 inferre iam fere] ultro iam fere *libri, nisi quod* ferre *Basil. Leid. Geneu.* ultro inferre *Mercerus.* adultera inferre *O. Ribbeckius* 202 at ego] a ego *Leid.* omnipotens pater *proponit O. Ribbeckius* 203 ted *Bothius.* te *libri* auxili *O. Ribbeckius.* auxilii *libri* 204 quid hoc hic tumulti est *G. Hermannus l. s., qui baccheos agnouit.* quid tumulti est *libri plerique.* qui tumulti est *Bamb.* 205 strepitus est *W*

VI

Saéuiter fortúnam ferro cérnunt de uictória.

VII *

hehae! —

Ipse clipeus cécidit.

VIII

Ecce autem calígo oborta est, ómnem prospectum ábstulit.

* *
*

. . . . dérepente cóntulit sese ín pedes.

IX

Quí cupiant dare árma Achilli, cúnctent . . . . .

X

Quaé mea comminús machaera atque hásta hostibit é manu.

XI

Aés sonit, frangúntur hastae, térra sudat sánguine.

G. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 295 VI Nonius p. 511, 8 'saeuiter pro saeue . . . Ennius Hectoris lystris . . .' (Haectoris Bamb.) VII Varro de L. L. VII 93 M. 'enax nerbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud Ennium: hehae' e. q. s. Gramm. inc. de generibus nominum (p. 30 ed. Otto) 'clipeus gen. masc., ut Ennius: cecidit clipeus.' Huc refert O. Ribbeckius VIII Nonius p. 518, 19 'derepente ... Ennius Hectoris lystris ...' (Haectoris Bamb.) IX Nonius p. 469, 26 'cunctant pro cunctantur. Accius .... Ennius Anbrachia: bene mones: tute ipse cunctato, uide fortem uirum. Idem Hectoris lytris ...' (Haectoris Bamb.) X Festus p. 270 M. 'redhostire — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte ... et in Hectoris lytris: quae' e. q. s. (innectoris lyrisque cod., em. Vrsinus) XI Nonius p. 504, 32 'sonit pro sonat ... Ennius Haectoris lys-

206 fortunam ferro *O. Ribbeckius.* fortuna ferro *libri.* fortuna ferri *Columna* 209 oborta *Bamb.* aborta *ceteri libri* *Lacunam significauit O. Ribbeckius* 210 se sese *W* pede *Bamb.* 211 ut ipse cunctent *libri. glossema (cf. supra) eiecit O. Ribbeckius, qui sententiam sic fere supplendam arbitratur:* pugnam obbitere 212 quae *Vrsinus.* que *cod. cf. supra* comminus *cod. teste H. Keilio l. l. p.* 624. cominus *uulgo* hostibit e manu *Schoellius de tetral. trag. p.* 479. hospius manu *cod.* hostiuit e manu *Scaliger* 213 aes *N. Faber.* et *libri* haste terrae *Bamb.*

XII

Cónstitit cretó Scamander, árbores uentó uagaṅt.

XIII

sublímiter

Quádrupedantes . . . . . .

. . . . . flámmam halitántes

XIV

. . . . . ínferum uastós specus

XV

Addúcit quadrupedem ínuitam indomitam úniugem
Et nálida quoius tenácia infrenást nimis.

XVI

. . . . . per uos ét uostrum imperium ét fidem
[Obsecro, mei,] Mýrmidonum úgiles, commiseréscite!

tris ...' XII Nonius p. 467, 31 'nagas pro nagaris ... Ennius Hectoris lytris ...' (Hectoris lystris W, etiam in Leid. s superscr. Haectoris litris Bamb.) XIII Diomedes I p. 336 P. 'halare et halitare. Ennius in Lustris ...' XIV Nonius p. 222, 32 'specus genere masculino .... Ennius Lytris ...' XV Nonius p. 467, 22 'tenacia est perseuerantia et duritia. Ennius Haectoris listris ....' (lystris Bamb.) XVI Nonius p. 472, 27 'conmiserescimus ... Ennius Hectoris lystris ...' (commiserescimus Bamb. Haectori

---

214 constitit] confluit *ms. Fabri* creto (*sc.* sanguine) *O. Ribbeckius.* credo *libri* arboris *libri* uacant *Columna* 215 *sqq. Versus disposuit O. Ribbeckius* 215 sublimiter *Scriuerius.* sublime iter *libri* 219 *sq.* ducet quadrupedum iugo inuitam doma infrena et iuge ualida quorum tenacia (frenatia *Bamb.*) infrenari minis *libri plerique.* ducet quadrupedem iugo inuitam indomitam freno ualida quoius tenacia infrenari nimis *cod. Vrsini.* duce quadrupedem iugo inuitum, doma infrenum et iunge ualide: equorum tenacia infrenari minis nequit '*Vaticano codice adiutus*' *Lipsius Ant. Lect. V* 14. adducit quadrupedem inuictam (*sed cf. Add. p. IX*) indomitam iniugem Quoius tenacia ualida infrenari nequit *O. Ribbeckius* 221 per uos *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 787. uernos *libri plerique.* uosnos *Bamb.* et ŭrorũ *Bamb.* 222 obsecro mei *O. Ribbeckius, om. libri* commiserescite *plerique libri.* cõmiserescite *Bamb. Versus disposuit O. Ribbeckius*

XVII

Mélius est uirtúte ius: nam saépe uirtutém mali
Nánciscuntur: iús atque aecum se á malis spernít procul.

XVIII *

225 . . . tueor té senex? pro Iúppiter!

HECVBA

I

. .ˆ . . . . . undantém salum

II

O mágna templa caélitum, commíxta stellis splén-
. didis!

III

Heú me miseram! intérii: pergunt láuere sanguen sánguine.

IV

Haéc tu etsi peruérse dices, fácile Achiuos fléxeris:

listris Bamb.) XVII Nonius p. 399, 8 'spernere rursum segregare. Ennius Haectoris lytris ...' (listris W) XVIII Varro de L. L. VII 12 M. 'tueri duo significat, unum ab aspectu ut dixi, unde est Enni illud: tueor' e. q. s. (ennii illud Par. a. enim illud Goth. Haun. nillud Flor., illud Par. b) Hinc refert O. Ribbeckius

HECVBA I Nonius p. 223, 24 'salum ... masculini Ennius Hecuba ...' II Varro de L. L. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ...' III Nonius p. 224, 7 'sanguis ... neutro. Ennius Hecuba ...' Idem p. 466, 27 'lauare ... uetustatis auctoritas posuit etiam polluere ... Ennius Hecuba ...' (Euenba Bamb. ecuba W) Idem p. 504, 6 'lauere inde tractum est. Ennius Telamone ... idem Hecuba ...' (Haecuba Bamb.) IV Gellius XI 4 'Euripidis uersus sunt in Hecuba,

223 *sq. Versus quadratos agnouit et emendauit Fruterius Epist. philol. ap. Grut. V* 385 *Veris. I* 4 *ibid. II* 813 223 ius *Gulielmus Veris. III* 3, *Fruterius*, *Scaliger ad Varr. de re r. II p.* 74. eius *libri* 224 nascuntur *W* aecum *O. Ribbeckius.* ecum *libri.* aequum *uulgo* 227 commixta *Flor.* commixta *ceteri libri* 228 cheu *Leid. p.* 224 eu *W p.* 466. hei *G. Hermannus* miserum *libri p.* 504 *Bamb. p.* 466 labere *libri p.* 224 sanguen sanguinem *W Bamb. p.* 504. sanguinem sanguine *Leid. ibidem* 229 tu etsi *Reg.* tu 7 si *Bern. Magliab.* tua et si *Laur.* tametsi '*Lugd. uterque*' *Gron.*, *Bothius*

Nam opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
Eadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé ualet.

V

. . . . miseréte anuis:
Date férrum, qui me animá priuem!

VI *

Extémplo acceptam mé necato et fíliam.

VII

Senéx sum: utinam mortem óbpetam, priusquam éuenat,
Quod ín pauperie meá senex grauitér gemam!

VIII *

Nimiúm boni est, cui níl est [in diém] mali.

IX

Vide húnc, meae in quem lácrumae guttatím cadunt.

uerbis sententia breuitate insignes illustresque. Hecuba est ad Vlixem dicens *τὸ δ' ἀξίωμα'* e. q. s. [293—295]. 'Hos uersus Q. Ennius, cum eam tragoediam uerteret, non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt: haec' e. q. s. 'Bene, sicuti dixi, Ennius: sed tamen ignobiles *ἀντὶ ἀδοξούντων* et opulenti *ἀντὶ δοκούντων* satis facere sententiae non uidetur: nam neque omnes ignobiles *ἀδοξοῦσι* neque omnes opulenti *εὐδοξοῦσι*.' V Nonius p. 474, 30 'miserete Ennius Ecuba ...' VI Varro de L. L. VII 13 M. 'etiam indidem illud Enni: extemplo' e. q. s. 'extemplo enim est continuo.' (Enni Scaliger. enim libri) Hecubae Bothius uindicauit conl. Eur. Hec. 387 VII Nonius p. 494, 1 'pauperies pro paupertate. Ennius Hecuba ...' Idem p. 507, 18 'euenat pro eueniat. Ennius Hecuba ...' (Haecuba Bamb.) VIII Cicero de fin. bon. et mal. II 13, 41 'non enim, si malum est dolor, carere eo malo satis est ad bene uiuendum. Hoc dixerit potius Ennius: nimium' e. q. s. Cf. P. Syr. 483 Or. Huc rettulit Muretus Var. Lect. V 13 IX Nonius

---

230 cum opulenti *Grut.* locuntur *Francq. Bern.* loquuntur *uulgo* 231 oratio *om. Grut.* 232 anuis *Scaliger Coni. p.* 164. manus *libri* 234 acceptam *Vossius*, *praelaturus tamen* arreptam. acceptum *libri* necato *Scaliger.* negato *libri* filiam *Bothius.* filium *libri* 235 utinam moriar mortem oppetam (oppoetam *Bamb.*) *libri p.* 494 obpetam *libri p.* 507 priquam *W p.* 507 eueniat *libri p.* 494 236 in pauperiem senex *Bamb. p.* 494 237 nil *Fleckeisenus.* nihil *libri* in diem *O. Ribbeckius conl. Eur. Hec.* 627, *om. libri* 238 hunc *Mercerus.* hinc *libri* quem *Mercerus.* quam

X

Set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
Necásset, is quo crúciatu perbíteret.

XI

Quaé tibi in concubió uerecunde ét modice morém gerit.

XII

Iúppiter tibi súmme tandem mále re gesta grátulor.

XIII

Seruius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem [Hec. 3] Cissei, quem Ennius, Pacuuius et Vergilius sequuntur.'

IPHIGENIA

I

Agamemno
Quid nóctis uidetur in áltisono
Caelí clipeo?
Senex
Temó superat

p. 115, 33 'guttatim ... Ennius Haecuba ...' X Nonius p. 153, 28 'peruitere, perire ... Ennius Hecuba ...' XI Nonius p. 342, 23 'modicum ueteres moderatum et commodo dici nolunt .... Ennius Hecuba ...' XII Nonius p. 116, 28 'gratulari, gratias agere. Ennius Hecuba ...'

IPHIGENIA I Varro de L. L. VII 73 M. 'quid noctis' e. q. s. [244—247] 'Hic multam noctem ostendere uolt a temonis motu.' Idem de L. L. V 19 M. 'itaque dicit Andromeda nocti [I] et Agamemnon: in altisono caeli clipeo, caelum enim clipeum; et Ennius item ad cauationem [inc. nom. VI].' Festus p. 339 M. '[septentriones] — — [reliquos axem dixerunt,] quod id astrum Grae[ei ἅμαξαν dicunt, idque habet] partem quan[dam temonis speciе, unde ait] Ennius: supera[t .....' Apuleius de deo Socr.

---

libri laerumae] meae *Leid.* 239 scripstis *G. Hermannus.* scripsistis *libri* qui *Junius.* quis *libri* 240 necasset *Junius.* necassat *libri* is quo *Pontanus ad Scriuerium.* quos quis *libri.* quo quis *Junius* cruciatu *Junius.* cruciatur *libri* 241 in cubio *Basil.* 244 altissimo *Haun. Varronis priore loco.* altissono *idem altero* 245 clipeo *Flor. Varronis V* 19. clypeo *ceteri* temo superat

Cogéns sublime etiam átque etiam
Noctís iter.

II

Agamemno

Procéde: gradum proférre pedum
Nitére: cessas, o fíde senex?

III *

[Gallíque] fauent faucíbus russis
Cantú, plausuque premúnt alas.

IV

Chorus

Otio qui néscit uti, plús negoti habet,
Quám [negotióso] cui est negótium in negótio.
Nám cui quod agat ínstitutumst, núllo [quasi] negótio

c. 2 p. 121 Oud. 'suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clipeo, miris fulgoribus uariata caelamina.' II Festus p. 249 M. 'pedum est quidem baculum incuruum, quo pastores utuntur — — — sed in eo uersu qui est in Iphigenia Enni: procede .... cessas? id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis, et per eum significatio aperta, gradum proferre pedum cessas? nitere.' (cf. H. Keilius l. l. p. 623) Schol. Veron. in Verg. Ecl. 5, 88 p. 72 Keil. 'pedum autem est baculum recuruum, quo pastores utuntur [ut operis auxilium] aut adminiculum pedum sit, ut ait Ennius in Ifigenia: gradum' e. q. s. III Cicero de diu. II 26, 57 'cur ante lucem galli canant ... qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, fauent' e. q. s. Huc refert O. Ribbeckius coni. Eur. Iphig. 9 et 156 IV Gellius XIX 10 'admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est, id ipsum de quo quaerebatur' (sc. nocabulum praeterpropter) 'scriptum esse ..... in eius tragoediae choro inscriptos esse hos uersus legimus: [252—259] .... petimus igitur dicas ... qui sit notus huiusce uersus

---

Varro. supera[t temo] *Festus* 246 cogens sublime etiam *G. Hermannus ad Eur. Iphig. Aul.* 8. stellas sublime cogens (agens *Goth. Par. a b*) etiam *libri.* stellas cogens sublime etiam *Scaliger* 249 o fide senex *Bergkius Ind. lect. Marb. aest.* 1844 *p. XII.* o fide ... *Schol. Veron., om. Festus* 250 gallique *supplendum proponit O. Ribbeckius* 252 *sqq. Versus constituit O. Ribbeckius, quorum* 252 *et* 256 *praeiuerat Bergkius* 253 quam eum est negotium in negotio *libri.* quam ille, qui est negotiosus arduo in negotio *O. Ribbeckius.* quam cum quis negotioso fuerit in negotio *Vossius* 254 nullo quasi negotio *O. Ribbeckius.* in illo negotio *Lugd.* in illo negotium *Franeq.* in illis negotiŭ *Voss.* nullo negotio *uulgo*

'Id agit, id studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum.
'Otioso in ótio animus néscit quid uelit.
Híc itidem est: enim néque domi nunc nós nec militiaé sumus:
'Imus huc, illúc hinc: cum illuc uéntum est, ire illínc lubet:
'Incerte errat ánimus, praeter própter uitam úiuitur.

V *

'Animus aeger sémper errat néque poti neque pérpeti
Pótis est . . . . . cúpere numquam désinit.

VI **

Agamemno
Quís homo te exuperáuit usquam géntium impudéntia?
Menelaus
Quís tete autem málitia?

VII

Agamemno
Ménelaus me obiúrgat? id meis rébus regimen réstitat.

sensus: incerte . . . nititur.' V Cicero Tusc. disp. III 3, 5 'at et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. Hi enim ipsi odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, animusque aeger, ut ait Ennius, semper' e. q. s. Choro haec responderi O. Ribbeckii suspitio est VI Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 'ira ... cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium: quis homo' e. q. s. 'Nosti quae sequuntur: alternis enim uersibus intorquentur inter fratres grauissimae contumeliae, ní facile appareat Atrei filios esse.' Huc reuocauit Düntzerus Mus. Rhen. V 444 sq. et Bergkius Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XII cf. Dobraeus Adu. II 373 VII Rufinianus de fig. sent. et eloc. § 11 p. 205 Ruhnk. 'agauactesis, indignatio, quae fit maxime pro-

255 agit, id *O. Ribbeckius.* agitat *Voss.* agit *ceteri libri* 257 hic itidem *O. Ribbeckius.* hoc idem *libri* enim neque *S. German. m. alt.* em neque *idem m. pr. Voss. Francq. Magliab.* neque *Lugd.*
258 illuc hinc *libri.* hinc illuc *O. Ribbeckius*, *imprudens puto*
260 poti *O. Ribbeckius.* pati *libri* 261 potis est *O. Ribbeckius.* potest *libri* *Versus disposuit O. Ribbeckius* 262 usquam *Oxon. aliq., Bentleius.* umquam *ceteri libri* 263 quis tete autem malitia *O. Ribbeckius.* quis autem m. te *libri.* quis te autem malitia *Bouherius*
264 restitat *Bentleius Epist. ad Millium p.* 43. restat *exemplaria*

VIII **

Agamemno

Ego proiector, quód tu peccas: tú delinquis, ego árguor?
Pró malefactis Hélena redeat, múrgo pereat ínnocens?
Túa reconciliétur uxor, méa necetur fília?

IX *

Eós reduci quám relinqui, déuehi quam déseri
Málui.

X **

Iam dómuitionem réges Atridaé parant.

nuntiatione. Ennius in Iphigenia ...' VIII Rufinianus ibid. § 37 p. 222 Ruhnk. 'syncrisis siue antithesis, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut: ego' e. q. s. Huc refert Columna IX Diomedes II p. 141 P. '*ὁμοιοτέλευτον*' Charisius IV p. 251 P. (167 Lind.) '*ὁμοιοτέλευτον*' Donatus de schematibus p. 1774 P. (32 Lind.) '*ὁμοιοτέλευτον*' Beda in Rhet. Lat. Pith. p. 345 '*ὁμοιοτέλευτον*' Ennium auctorem appellat solus Diomedes; Enniauae Iphigeniae attribuit O. Ribbeckius conl. Eur. 372 495 515 X Rhet. ad Herennium III 21, 34 'cum uerborum similitudines imaginibus exprimere uolemus, plus negotii suscipiemus et magis ingenium nostrum exercebimus. Id nos hoc modo facere oportebit: iam ... parant. In primo loco constituere oportet manus ad caelum tollentem Domitium, cum a regibus Marciis loris caedatur. Hoc erit: iam domuitionem reges. In altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam uelut agentes Agamemnonem et Menelaum. Hoc erit: Atridae parant. Hoc modo omnia uerba erunt expressa.' (Sic O. Ribbeckius. subornari ut ad ephigeniam in agamemnonem et menelaum Par. Bamb. a Fris., nisi quod menalam Fris. subornari ut ad ephigeniam in agamen ñem it menelaum Wuerzb. subornari ut uel uagantem ephigeniam (ceteris omissis) Bamb. b. subornari ut ad ephygeniam aduagantem agamemnonem et menelaum Tross. subornari ut ephigeniam uagantem (ceteris

---

265 delinquis *Stephanus.* delinquas '*ed. uetus*' ut ego plectar, tu delinquas; tu peccas, ego arguar? *Porsonus Tracts and misc. crit. p.* 303 *Kidd.* arguor? Pro *Bergkius l. l. p. XIII.* arguor pro *uulgo* 267 mea necetur filia *Columna.* mea negetur filia mea '*ed. uetus*' 268 hos *Charisius* reduci *Diomedis libri a Lindemanno ad Char. l. l. asciti, Donati cod. Santenianus m. alt., Charisii ed. pr.* seduci *Charisii cod.* deduci *uulg. Char. et Diom.* reuehi *Donati cod. Sant. m. pr.* deuci quam deseri *Par. a Diomedis.* deui quam deseri *cod. Charisii.* denique deseri *ed. pr. Charisii.* reuehi quam deseri *Beda* 270 domuitionem *Victorius.* domi ultionem *utroque loco libri, nisi quod altero* domu ultiones *Wuerzb. et Par. m. pr.*

XI *

Plebés in hoc regi ántistat locó: licet
Lacrumáre plebi, régi honeste nón licet.

XII **

Póstquam abs te, Agamemno, út uenirem, tétigit aures núntius,
Extemplo edoláui iussum: cóncitum tetulí gradum.

XIII

Achilles

Astrologorum sígna in caelo quaésit, obseruát, Iouis
Cúm capra aut nepa aút exoritur lúmen aliquod béluae.
Quód est ante pedes, némo spectat: caéli scrutantúr plagas.

omissis) Tur. subornare uagam iphigeniam (relicuis omissis) Opitz. in altero loco subornare Aesopum et Cimbrum in Iphigenia agentes Agamemnonem et Menelaum post Schuetzium Bergkius Ind. lect. Marb. aest. 1811 p. XV, qui etiam Ennii Iphigeniae uersum ascripsit XI Hieronymus Epitaph. Nepotiani p. 598 Mign. 'prudenterque Ennius plebes ait in hoc' c. q. s. Huc rettulit Columna XII Cicero ad Atticum XIII 47, 1 'posteaquam abs te, Agamemno, non ut uenirem ... sed ut scriberem tetigit aures nuntius, extemplo instituta omisi; ea quae in manibus habebam, abieci; quod iusseras, edolaui.' (aures .. instituta om. Med.) Huc reuocauit Ladewicus Anal. scen. p. 15 conl. Eur. Iphig. 633. Cf. Nonius p. 448, 17 'edolare fabrorum est uerum uerbum, cum materiarum conplanatur asperitas. Vsi sunt eo laudandi scriptores uetustatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Vimarco: cum Quintipor Clodius tot comoedias sine ulla fecerit Musa, ego unum libellum non edolem, ut ait Ennius?' Charisius IV p. 248 P. (165 Lind.) 'prosthesis est, cum primae parti dictionis aut littera adicitur aut syllaba. Littera ... syllaba, ut: concitum t. g. pro tuli.' Diomedes II p. 435 P. 'prosthesis est appositio quaedam ad principium dictionis. Litterae ... syllabae, ut: concitum t. g. pro tuli.' Hoc frustulum, de quo adi Naekium Opusc. I 350, non inepte cum superioribus coniungi O. Ribbeckius censuit XIII Cicero de re p. I 18, 30 'illa de Iphigenia Achillis: astro-

271 antistat *Columna*, *cf. Ritschelius Mus. philol. VII* 578 *sq.* anteslat *uulgo* *Versum* 273 *ita ut scripsi proposuit O. Ribbeckius, probauit Meinckius, uid. Add. p. XV.* posteaquam abs ted Agamemno tetigit a. n. *Gulielmus in Cistell. c.* 4 274 extemplo edolaui iussum *O. Ribbeckius* 275 quaesit *Heinrichius.* quid sit *cod.* quaerit *Maius in ed. sec.* opseruat: Iouis *Maius.* obseruationis *cod.* 276 nepa *Maius.* nlupa *cod.* lumen *Heinrichius.* nunen *cod.* nomen *uulgo* beluae *Heinrichius.* beluarum *cod.*

XIV

Iphigenia

'Acherontem núnc obibo, ubi mórtis thesauri óbiacent.

XV

. . . . quaé nunc abs te uíduae et uastae uírgines sunt.

XVI*

Cicero Tusc. disp. I 48, 116 'Menoecus non praetermittitur, qui item oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium eliciatur suo.

MEDEA EXVI.

I

Nutrix

280 Vtinám ne in nemore Pélio secúribus
Caesa áccedisset ábiegna ad terrám trabes,

logorum' e. q. s. Idem de diu. II 13, 30 'Democritus tamen non inscite mugatur, ut physicus, quo genere nihil arrogantius: [277].' Cf. Donatus, quem Fleckeisenus indicauit, in Ter. Ad. III 3, 32 'hoc sumpsit poëta de illo in physicum perulgato ancillae dicto: quod est ante pedes nou uidet: caeli scrutatur plagas.' Eundem locum nescio an significauerit Nonius p. 145, 15 'nepam quidam canerum putant ad illud Plauti: retrouorsum cedam, imitabor nepam; et illud aliud: aut cum nepa esset dubium in utroque. Nam nere nepa scorpius dicitur.' Ceterum quaedam siue Nonii siue cum Enniauis Noniana ante haec quae sunt esset dubium lacuna, nisi fallor, absumpta. Cf. ab Heinrichio laudatum Senecam in satura de morte Claudii c. 8 (I p. 269 Haas.) 'quid in cubiculo suo faciat nescio: et iam caeli scrutatur plagas? dens fieri nult?' XIV Festus p. 201 M. 'ob praepositione antiquos usos esse pro ad testis est Ennius, quom ait l. XIIII [IX] ... et in Iphigenia ...' XV Seruius Fuld. in Aen. I 52 'nasto pro desolato ueteres ponebant. Ennius Ifigenia ...'

MEDEA EXVI I Rhet. ad Herennium II 22, 34 'hic id quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Enninm et ceteros poëtas imitemur, qui-

278 nunc *O. Ribbeckius*, *om. libri* obibo *Aldina.* adibo *cod.* obiacent *Aldina.* adiacent *cod.* 280 utinam ne] utamne *Hamm. Varr.* ũt ne *Lugd. Donati* securibus caesa] unquam *Gand. et edd. uet.* nunq̃ *Lugd. Donati* 281 caesa accedisset abiegna *Lugd. Sang. Prisc. p.* 751, *cf. O. Ribbeckii Add. p. LX.* caesa accedisset abiegna *Reg. Halberst.* (*sed in hoc* cecidisset *m. alt. corr.*) *ibid.* caesa accidisset abiegna *Varro* (*nisi quod* abgena *Hamm.*), *plerique libri de nat. deor. et de fato.* caese accedissent adignē *Wuerzb. ad Her.* cae-

Neue índe nauis ínchoandae exórdium
Coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, quia Argíui ín ea dilectí uiri

bus hoc modo loqui concessum est: [280—288]. Nam hic satis erat dicere, si id modo, quod satis esset, curarent poëtae: utinam ne era errans mea domo efferret pedem Medea.' (In quae scripturae discrepantiae hae sunt: ne] ne errans Par. m. pr. ne hera errans] ne erra neras Wuerzb. era Bamb. b, om. Par. mea domo om. Bamb. a Tross. efferret pedem domo Bamb. b Fris. Opitz. medeas Wuerzb.) Priscianus de metris Terent. c. 2 p. 1325 P. § 22 p. 416 G. (II p. 410 K.) 'nec solum comici huiusce modi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea: [280—287].' Cicero de fato 15, 35 'ex hoc genere illud est Enni: [280. 281]. Licuit uel altius: utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset arbor! etiam supra, utinam ne esset mons ullus Pelius! similiterque superiora repetentem regredi infinite licet. Neue inde ... coepisset. Quorsum haec praeterita? Quia sequitur illud [287. 288] non ut eae res causam afferrent amoris.' Idem pro Caelio 8, 18 'quo loco possum dicere id quod ... Crassus ... paulo ante dixit, utinam ne in nemore Pelio, ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. Nam numquam era errans hanc molestiam nobis exhiberet Medea animo ...

---

sae accedissent, *om.* abiegna, *Par. m. pr. de inu.* caesa accidissent abiegnae *aliq. edd. de fato.* caesae accidissent abigne *Leid. de nat. deor.* caesa cecidisset abiegna *Prisc. de metr. Ter. Carlsr. cum deterioribus Prisc. p.* 751, *duo Oxon. unus Sang. mg. Topic. cf. supra.* cesa cecidisset abiegna (abiegnae *corr.*) *Opitz. ad Her.* caesae (cesae *Bamb. a b Tur.*) cecidissent abiegnae (abiegne *Bamb. b*) *Par. (nisi quod in hoc* cecidissent *uocis prima syllaba corr. est) Bamb. a b Fris. Tross. Tur. ad Her.* caesa cecidissent abiegnae *aliq. edd. de fato.* caesae cecidissent, *om.* abiegna, *Anglom. Tross. Tur. et alt. m., addito simul* abiegna, *Par. de inu.* aecidissent abiegnae *Eins. Gryph. Topic.* cecidisset abiegna *unus Sang. ibid.* cecidissent abiegnae *duo Sang. Viteb. ibid.* ceciderint abignea *Flor. m. pr.* ceciderit abiegna *Flor. m. alt.* ceciderit abiegnę *Ambr. a* (*sed signum diphth. m. alt.*) *Ambr. b Quintiliani.* cecidissent *Iulius Victor.* cecidisset *Gand. Donati.* cecidissent *Lugd. cum edd. uet. Donati Singulari numero positum esse* trabes *testantur Varro et Priscianus p.* 751 ad terra *Haun. Varronis.* terram, *om.* ad, *Flor. m. alt. Quint.* ad terram (*sed* d *m. alt.*) *Ambr. a ibid.* in terram *Halberst. cum aliis libris Prisc. p.* 751

282 naues *Par. m. pr. ad Her.* inchoandae *Prisc. de metr. Ter., Par.* (*sed* dae *in ras.*) *cum libris plerisque ad Her., plerique edd. de fato.* inchoandi *Bamb. b ad Her. aliq. edd. de fato.* inchoans *Bamb. a ad Her.* naues inchoandas exdinm *Wuerzb. ibid.*

283 cepisset *Wuerzb. m. pr. Par. Bamb. b Tur. ad Her.* coepissent *Fris. ibidem* nunc *om. Opitz. ad Her.* nomine *om. Bamb. b Tross. Opitz. ad Her.* 284 *sq.* Argo quia Argiui in ea delecti

285 Vectí petebant péllem inauratam árietis
Colchís, imperio régis Peliae, pér dolum.
Nam númquam era erraus méa domo ecferrét pedem
Medéa, animo aegra, amóre saeuo saúcia.

saucia.' Cicero de inu. I 49, 91 'huius modi est illa quoque conquestio [280. 281]. Longius enim repetita est, quam res postulabat.' Idem de nat. deor. III 30, 75 'utinam igitur, ut illa anus optat, ne in nemore ... trabes.' Varro de L. L. VII 33 M. 'sic dictum a quibusdam, ut una canes, una trabes remis rostrata per altum. Ennius: [280. 281].' Priscianus VII p. 751 P. (I p. 318 K.) 'uetustissimi tamen trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea: [280. 281].' Cicero Topic. 16, 61 'illud enim est tamquam: utinam ne in nemore Pelio.' (securibus caesa cecidisset ad t. trabes add. duo Oxon. unus Sang. mg.) 'Nisi enim accidissent abiegnae ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in iis trabibus efficiendi uis necessaria.' Quintilianus V 10, 84 'recte autem monemur, causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea, utinam ... Pelio: quasi uero id eam fecerit miseram aut nocentem, quod illic ceciderit abiegna ad t. trabes.' Donatus in Ter. Phorm. I 3, 5 'uetus elocutio utinam ne. Ennius in Medea: utinam ... trabes.' Iulius Victor c. 12 p. 237 Or. 'ut, si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset.' Cicero de fin. bon. et mal. I 2, 5 'quis enim tam inimicus paene nomini Romano est, qui Enni Medeam aut Antiopam Pacuui spernat aut reiciat, quod se isdem Euripidis fabulis delectari dicat? — — an utinam ne in nemore nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum?' (nemore Pelio Leid.) Hieronymus Marcellae uiduae epitaph. p. 1090 Mign. 'quibus rectissime illud Enniauum aptari potest: utinam ne in nemore Pelio.' Cicero Tusc. disp. I 20 45 'etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti uiderint et eas angustias, per quas penetrauit ea quae est nominata

---

(dilecti *Gud. Reg.*) uiri Vecti petebant pellem *Cic. Tusc.*, *Halmins Anal. Tull. I* 16. argo (argu *Wuerzb.*) qua (qui *Wuerzb.* quia *Fris.*) argiui in eadem lecti uiri uecti petebant pellem *Wuerzb. Fris. et nisi quod* Argiui ... uecti *in ras. Par.* A. qua argini (uiri *add. m. alt.*) lecti petebant pellem *Bamb. a.* A. qua argiui dilecti uiri uecti petebant pellem *Bamb. b.* A. quia argiui in eadem lati uiri petebant pellem *Tur.* A. qui argiui in ea delecti uiri petebant pellem *Erf.* A. quia argiui lecti uiri petebant pellem (*in mg. add.* illam) *Opitz. ad Her.* A. qua uecti Argini delecti uiri Petebant illam pellem *Prisc. de metr. Ter., uulg. ad Her.* 286 Pelei *Tross.* pelire *Wuerzb. ad Her.*

287 era *cdd. aliq. de fato.* hera *uulgo*, *om. Wuerzb. ad Her.* domo *om. Wuerzb. ad Her.* hec ferret *cdd. aliq. de fato.* efferret *uulgo* nunquam hera errans mea medea efferret pellem domo *Bamb. b.* nunquam era errans mea (*'sup. lin.'*) medea efferret pedem domo *Opitz.* nunquam errans medea efferret pedem *Fris.* nunquam mea errans medea efferret pedem domo *Tur. ad Her.* 288 aegro *libri de fato, cod. Steph. pro Cael.* *Totum uersum om. Wuerzb.*

II

Antíqua erilis fída custos córporis,
Quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

III

Nutrix

Cupído cepit míseram nunc me, próloqui
Caelo átque terrae Médeaï míserias.

IV

. . . . fluctus uérborum aures aúcupant.

V

Medea

Quaé Corinthum arcem áltam habetis, mátronae opulentae, óptimates!

* *
*

Argo ... arietis.' II Nonius p. 39, 2 'eliminare, extra limen eicere ... Ennius Medea exsule ...' (Ennium et ea exule Leid. exule W) Idem p. 292, 17 'eliminare est exire. Ennius Medea exule ...' III Cicero Tusc. disp. III 26, 63 'sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix ...' IV Nonius p. 467, 13 'aucupaui actiuum positum pro passiuo ... Ennius Medea ...' (Media Bamb.) V Cicero ad famil. VII 6 'desideria urbis et urbanitatis depone et quo consilio profectus es, id assiduitate et uirtute consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medeae, quae C. a. a. habebant, m. o. optimates: quibus illa mani-

---

Opitz. Erf. Par. (*euius in mg.* Medea aegro amore saucia) *Bamb. a b Tur. ad Her.* amore saeuo saucia *om. Tross. ibid. sed post uersum rhetori conformatum* Vtinam ne era errans mea domo efferret pedem, *quo de uide supra*, medea. homodo aegro amore reuo saucia *Par. m. pr.* Medea homo aegro amore saucia *Erf.* medeas homo aegro amores reuo saulia *Wuerzb.* medea aegro amore saucia *Bamb. a Fris. Tur. Par. corr.* medea animo egra (aegra *Opitz.*) amore saucia *Bamb. b Tross. Opitz.* 289 erilis *libri p.* 39. herilis *ms. Fabri p.* 292. edilis *ceteri libri* 290 sic te *Mercerus.* sic *Basil. p.* 292. sit *ceteri libri* exanimata *Mercerus.* examinata *libri, om. Basil. p.* 292 eliminas *ms. Fabri p.* 292. eliminat *ceteri libri p.* 292. elimina *libri p.* 39 291 miseriam *Pith.* 292 Medeaï *Turnebus Adu. XIX* 5. Medeae *libri* 293 fluctus *Junius in mg.* fructus *libri* 294 *sqq. Versus agnouit primus Angelus Politianus Misc.* 27 *Omissi inter* 294 *et* 295 *uersiculi notas O. Ribbeckius interposuit: e Ciceronis uerbis Elmsleius ad Eur. Med.* 209 *hunc conformauit:* Né mihi uitio uós uor-

Múlti suam rem béne gessere et públicam patriá procul,
Múlti, qui domi aétatem agerent, própterea sunt ínprobati.

VI

. . . nam tér sub armis málim uitam cérnere,
Quám semel modo párere.

VII **

. . . . . animáduerte ac dictó pare!

* *
*

Praetér rogitatum sí querare

VIII **

Si té secundo lúmine hic offéndero,
Moriére.

IX **

Quám magis aerumna úrget, tam magis ád male faciendúm niget.

bus gypsatissimis persuasit, ne sibi nitio illae uerterent, quod abesset a patria: nam multi' e. q. s. 'Quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus ... et quoniam Medeam coepi agere, illud semper memento [XIII].' VI Varro de L. L. VI 81 M. 'cerno ... pro uideo ait Ennius ... Canius * ... Ab eodem est quod ait Medea: ter' e. q. s. 'quod, ut decernunt de uita eo tempore, multorum nideatur uitae finis.' Nonius p. 261, 18 'cernere rursum dimicare uel contendere ... Ennius in Medea exsule [297].' Idem p. 261, 7 'cernere, amittere. Varro Gerontodidascalo: nón uides apud Ennium Esse scriptum, tér sub armis málim nitam cérnere Quám semel modo párere?' (Ennium Aldina in corrigendis, om. libri) VII. VIII Cicero pro Rabirio Post. 11, 29 'regnum autem sunt haec imperia [299] et [300] et illae minae: si te' e. q. s. 'quae non ut delectemur solum legere et spectare debemus.' Idem ad Atticum VII 26, 1 'Caesaris interdicta [301] respuuntur.' Hinc rettulit Scaliger Coni. p. 92 IX Quintilianus IX 3, 15 'alia com-

---

tatis, á patria quod ábsiem 296 egerunt *'ueteres libri' Mureti Var. Lect. VIII* 17 297 nam *Nonius p.* 261, 18, *om. Varro* ter] te *Nonius p.* 261, 18 uitam] multa *Varro*, *idque bis ponit Goth.*

299 animaduerte ac dicto pare *Oxon. unus.* animaduerte et dicto pare *ceteri libri.* animum aduorte et dicto pare *Scaliger* 300 si querare *Iuntina Orellii.* sit pie *libri.* si loquare *ex Hotomani cod. suspecto Lambinus.* si quidpiam *ex Iuntina sua Ernestius.* ne querare *Scaliger* 303 niget] inget *Tur.* urget *Flor.*

X *

Medea

Néquaquam istuc ístac ibit: mágna inest certátio.

* *
*

Nám ut ego illis súpplicarem tánta blandiloquéntia —?

XI *

Quí uolt esse quód uolt, ita dat sé res, ut operám dabit.

XII *

'Ille trauersa ménte mi hodie trádidit repágula,
Quíbus ego iram omném recludam atque illi permitiém dabo,
Míhi maerores,ílli luctum, exítium illi, exiliúm mihi.

mendatio uetustatis, cuius amator unice Vergilius fuit: uel cum se pauidum contra mea iurgia iactat: Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Audierat. Quorum similia apud ueteres tragicos comicosque sunt plurima. Illud et in consuetudine remansit: enimuero. His amplius apud eundem: nam quis te iuuenum confidentissime: quo sermonis initium lit, et: tam magis illa tremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae. Quod est uersum ex illo: quam magis' e. q. s. 'pleni talibus antiqui ... ex Graeco uero translata uel Sallustii plurima.' Ex uetere tragoedia illa sumpta esse coniecerunt Regius et Muretus Var. Lect. XIX 2. Medeae menti conuenire O. Ribbeckius persensit X. XI. XII Cicero de nat. deor. III 25, 65 (post magnam lacunam) 'nequaquam' e. q. s. [304. 305] 'quam obrem' (sic O. Ribbeckius. aniobem Pal. ni orbem Vind. niobē Erl. Niobe uulgo, quod alii in Medea mutandum, alii delendum censuerunt) 'parumne ratiocinari uidetur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? Illud uero quam callida ratione! [XI] qui est uersus omnium seminator malorum. [XII]. Hanc uidelicet rationem, quam nos diuino beneficio homini solum tributam dicitis, bestiae non habent. Videsne igitur, quanto munere deorum simus affecti? Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens: postquam pater appropinquat' e. q. s. 'Huic

---

304 istuc istac *uulgo.* istud istac *Erl.* istuc ista *Leid. Vind. m. pr.* istuc isthaec *Vind. in mg.* *Lacunam post* 304 *significauit O. Ribbeckius* 306 qui uolt *Vind.* qui uolt *Leid.* qui uult *Erl.* esse *om. Erl.* quod uolt *Vind. Leid.* quod ult *Erl.* dat se res *libri cum Leid.* dant se res ei *O. Ribbeckius* 307 ille trauersa *Leid.* ille transuersa *Vind.* illo euersa *Erl.* ille transuersa *uulgo* mi hodie *Osannus.* mihi hodie *uulgo* 308 permitiem *coni. O. Ribbeckius, cf. Att.* 434, *A. Kochius Exerc. crit. p.* 9 *sq.* pernitiem *Leid.* perniciem *ceteri*

XIII

Qui ípse sibi sapiéns prodesse nón quit, nequiquám sapit.

XIV

Vtinam ne umquam Méde Colchis cúpido corde pedem éxtulisses!

XV **

Quo núnc me uortam? quód iter incipiam íngredi?
Domúm paternamne ánne ad Peliae fílias?

XVI **

Nón commemoro, quód draconis saéui sopiui ímpetum,
Nón quod domui uím taurorum et ségetis armataé manus.

ut scelus sic ne ratio quidem defuit.' Haec tria fragmenta ad Ennianam Medeam pertinere uidit Osannus Anal. crit. p. 117 sq. XIII Cicero ad famil. VII 6 (cf. V) Idem de off. III 15, 62 'haec igitur est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius: nequiquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret. Vere id quidem, si quid esset prodesse mihi cum Ennio conueniret.' XIV Nonius p. 297, 18 'efferre significat proferre ... Ennius Medea ...' XV Cicero de orat. III 58, 217 'aliud' (sc. uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac maeror: flexibile, plenum, interruptum, flebili uoce: quo' e. q. s. Haec Gracchum apud Ciceronem de orat. III 56, 214 et apud Quintilianum XI 3, 115 et ipsum Ciceronem pro Mur. 41, 88 imitatos esse post alios Langius Vind. p. 34 sq. animaduertit. Medeae uerba Columna agnouit conl. Eur. Med. 502

XVI Charisius IV p. 252 P. (168 Lind.) 'per paralipsim, cum uolumus negantes aliquid indicare, tamquam: non commemoro' e. q. s. Idem IV p. 253 P. (169 Lind.) 'negando cum quid negantes nolumus inducere, atque improperantes beneficia, quae audiens cognoscat: non memoro'

---

311 Mede] *probauit Meinekius, cf. O. Ribbeckii Add. p. LX.* Medea *Junius* Colchis *Lipsius Epist. quaest. IV* 19. cordis *libri*

312 uortam *Abrinc.* uertam *ceteri cum Erl. a* 313 paternam domumne *Erl. b et a, sed in hoc signis pr. m. appositis, quibus transponi uerba iubentur* ad Peliae *uulgo.* appellare *cum aliis Abrinc. Erl. b* 314 non memoro *cod. p.* 253 draconis saeui sopiui impetum *Fabricius, Putschius.* draconis saeui sopiuit impetum *cod. p.* 253. latroni statui oppressi *cod. p.* 252, *unde diuersa haec ab illis putans* draconis taetri oppressi impetum *coni. Lindemannus* 315 non quod domui uim taurorum *Lindemannus ad p.* 252. et domus ista uirorum *cod. p.* 252. non quod domauit uiros *cod. p.* 253, *unde hic* uirorum *Lindemannus* armata *cod. p.* 252

XVII *

Iason

Tú me amoris mágis quam honoris séruauisti grátia.

XVIII *

'Vt tibi Titánis Triuia déderit stirpem líberum

XIX

Sol, quí candentem in caélo sublimát facem!

XX

. . . . . saluete, óptima corpora!
Cétte manus uestrás measque accipite! . . . . . .

XXI

Iúppiter tuque ádeo summe Sól, qui omnis res ínspicis,
Quí mare terram caélum continés tuo cum lúmine,
'Inspice hoc facinús prius quam fíat: prohibesseís scelus!

e. q. s. Ad Medeam pertinere posse post alios monet conl. Eur. Med. 476 O. Ribbeckius XVII Cicero Tusc. disp. IV 32, 69 'quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? Tu me amoris' e. q. s. 'Quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia! Atque ea tamen apud alium poëtam patri dicere audet, se coniugem habuisse illum, Amor quem' e. q. s. XVIII Varro de L. L. VII 16 M. 'Ennius: ut tibi' e. q. s. 'Titanis Triuia Diana est' e. q. s. Haec ex Euripidis Med. 714 orta esse O. Muellerus coniecit XIX Nonius p. 170, 10 'sublimare, extollere. Ennius Medea ...' XX Nonius p. 85, 1 'certe significat dicite uel date ab eo, quod cedo ... Ennius in Medea ...' XXI Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 16 Keil. 'similiter et Ennius in Medea exule in his uersibus: Iuppiter' e. q. s. 'Nam et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare et terram et caelum continet.'

---

316 seruauisti *Cratandrina.* seruasti *libri, etiam Gud.* 317 liberu *Flor.* 318 qua *Mercerus* sublimat *libri.* sublimas *Columna, O. Ribbeckius* 319. 320 *Numeros constituit O. Ribbeckius Add. p. IX* 321 qui omnis res *H. Keilius.* qui res omnis *libri, nisi quod* omnes *Par.* 322 quique tuo lumine mare t. c. continés *libri.* quique maria t. c. continés tuo lumine *Fleckeisenus.* quique lumine tuo maria t. c. continés *Porsonus* 323 facimus *Vat.* fiat *uulgo.* fil *libri* prohibesseis *Fleckeisenus.* prohibesse *Vat.* prohibesse et *Par.* prohibe *Egnatius.* prohibessis *Bothius*

MEDEA [ATHENIENSIS]

Asta átque Athenas ánticum, opulentum óppidum
Contémpla et templum Céreris ad laeuam áspice.

MELANIPPA

I

Certe híc est nullum [dúbium], quin monstrúm siet:
Hoc égo dico tibi ét coniectura áuguro.

II

mihi
Auscúlta, nate, púeros iube cremárier.

III

. . . . regnúmque nostrum ut sóspitent
Supérstitentque

IV

Lumine sic tremulo terra et caua caerula candent.

MEDEA [ATHENIENSIS] Nonius p. 470, 4 'contempla ... Ennius Medea: asta ... contempla.' Varro de L. L. VII 9 M. 'in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, et intra eas regiones, qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dictum et contemplare, ut apud Enium in Medea: contempla' e. q. s. 'contempla et conspicare idem esse apparet.'

MELANIPPA I Nonius p. 469, 6 'auguro ... Ennius Melanippo ...' (augurio Bamb. Menalippo W Bamb. Melanippa Columna) II Nonius p. 246, 11 'auscultare est obsequi ... Ennius Menalippa ...' III Nonius p. 176, 3 'sospitent, saluent. Ennius Melanippa ...' (Menalippa W) Idem p. 170, 14 'superstitent, saluent. Ennius Melanippa ...' IV Macrobius Sat. VI 4 p. 520 Jan. 'splendet tremulo sub lumine pontus. [Aen. VII 9] tremulum lumen de imagine rei ipsius expressum est. Sed prior Ennius in Melanippe ...' (mena-

---

324 atque] atq. atq. *Bamb.* anticum *Rothius.* antieum *libri.* antiquum *uulgo* opulenteum *Leid. Bamb.* 326 nullum dubium *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 72. nullum *plerique libri.* nulla *Leid. Bamb.* 327 dico tibi *O. Ribbeckius.* tibi dico *libri* 329 iube cremarier *Bothius.* cremari iube *libri* *In tres uersus uerba distribuit O. Ribbeckius, quorum alter ab* ausculta, *tertius a* pueros *incipit* 330 ut *om. libri p.* 176

V *

Cúr, quod in me est, éxsecrabor hóc quod licet,
quídquid est?

VI

. . . . . cum sáxum scicíderit

VII

Gellius V 11 'inter enim pulcherrimam feminam et deformissimam media forma quaedam est ... qualis a Quinto Ennio in Menalippa' (Melanippa Rottend. Vat.) 'perquam eleganti uocabulo stata dicitur ... Ennius autem in ista quam dixi tragoedia eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent.

NEMEA

I

335 Teneór consipta, undíque uenor.

II

Pecudí dare uiua maríto

lippe Anglic. m. pr. Par. Salisb. Neap.) V Cicero de nat. deor. II 25, 65 'hunc igitur' (sc. Iouem) 'Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: aspice hoc sublimen' e. q. s. 'planius quam alio loco idem: cur, quod' e. q. s. Huc refert O. Ribbeckius VI Priscianus X p. 890 P. (I p. 491 K.) 'sciudo, scidi. Vetustissimi tamen etiam scicidi proferebant — — Attius Sotadicorum I: num ergo aquila ita ut hi praedicant, scicíderat ea pectus? ... Ennius in Menalippa ...' (Melanippa Reg. Carlsr. Halberst. Lugd., om. Sang. Menalippa ceteri) Idem fragmentum J. Gronouius suspicatur olim extitisse etiam apud Gellium VII 9 'praeterea inueni a nerbo scindo simili ratione non sciderat sed scicíderat dictum esse. L. Attius in Sotadicorum libro I scicíderat dixit. Verba haec sunt: num ergo aquila ita ut hi praedicant, scicíderat ea pectus? Ennius quoque Valerius Antias in libro historiarum LXXV nerba haec scripsit: deinde funere locato ad forum descendidit.'

Nemea I Nonius p. 183, 13 'uenor, circumuenior. Ennius Nemea ...' (menea, sed corr. ut sit nemea, W. Medea Bentinus) Cf. Paulus Festi p. 62 M. 'consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur.'

II Priscianus V p. 659 P. (I p. 197 K.) 'hic et haec et hoc pecus. En-

---

333 cur *Reg. Cantabr.* cui *ceteri* licet quidquid est (*corr. eadem m.*) *Vind.* 334 scisciderit *Carlsr. Reg., sed* il *ex* at *corr.*

335 consipta *Vossius ex Paulo.* concepta *W.* consepta *ceteri libri*

336 uiua *deteriores codd.* uiuã *Bern. m. alt. corr.* uiuam *Reg. Sang.*

PHOENIX

I

. . stultust, quí cupita cúpiens cupientér cupit.

II

Séd uirum uirtúte uera uíuere animatum áddecet,
Fórtiterque † innoxium uocare áduersum aduersários.
'Ea libertas ést, qui pectus púrum et firmum géstitat:
'Aliae res obnóxiosae nócte in obscurá latent.

III

Plús miser sim, sí scelestum fáxim quod dicám fore.

IV

. . . . . tún potuisti crédere?

V **

. . . egone íllam? — pudor est éloqui — quam cómperi —?

VI

[Mélius exacue] átque exerce línguam, ut argutárier Póssis.

nius in Nemea ...' (Neinea Sang. Nemia Lugd.) 'Potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam: aquila maritus uel rex auium.'

PHOENIX I Nonius p. 91, 7 'cupienter, cupidissime ... Ennius Foenice ...' II Gellius VII 17 (de significatione uocabuli, quod est obnoxius) 'iam uero illud etiam Q. Ennii ... quod scribit in Phoenice in hisce uersibus: sed uirum' e. q. s. III Nonius p. 507, 22 'faxim, fecerim. Ennius Fenice ...' (Foenice Bamb.) IV. VI Nonius p. 245, 27 'argutari dicitur loquacium pro loqui. Ennius quoenice tum tu

---

Carlsr. b Darmst. Halberst. Lugd. 337 stultust *Vossius.* stultus est *libri* cupita *O. Ribbeckius.* cupida *libri* 338 uirtute uera *Bothius.* uera uirtute *libri* addecet *uulgo.* adiecit *Vat. Reg.* adiec̄ *Rottend.* 339 fortiter, *om.* que, *Rottend.* innoxium uocare *Rottend. Vat.* innoxium uacare *ceteri libri. Sententiam his quae sunt* aperte pugnare *significauit O. Ribbeckius. Fortasse:* in noxis uadere aduersum *Rottend. Vat. Reg.* aduersus *ceteri libri* 341 obnoxiosae *Acidalius.* obnoxio se *Reg.* obnoxise *Rottend.* obnoxie *Vat.* obnoxiae *ceteri* 342 sim *Delrio.* sum *libri* scelestum *edd. ante Mercerum.* scelestim *libri* 343 tun potuisti *O. Ribbeckius.* tum tu isti *libri* 344 ego ne *cod.* ergo ne *ed. pr.* 345 melius exacue *O. Ribbeckius, om. libri* linguam *Basil.* lingua *ceteri libri*

VII*

Néue tu umquam in grémium extollas líberorum ex
té genus.

VIII

Quám tibi ex ore orátionem dúriter dictís dedit.

IX

Saéuiter suspítionem férre falsam fúttilum est.

X

'Vt quod factum est fúttile, amici, nós feratis fórtiter.

XI**

Páter inquam, hospités, pater me lúmine orbauit,
pater.

XII

'Ibi tum derepénte ex alto in áltum despexít mare.

isti credere atque exerce linguam' e. q. s. (Phoenice: tum Mercerus. quo enim coetum mss. Vossii. Choenice: tum Turnebus Adu. XXIX 20 Ennius exerce linguam, med. om., Basil.) Iis duobus uersibus interposui fragmentum, quod Phoenicis esse O. Ribbeckii sagacitati debetur. V Charisius IV p. 254 P. (169 Lind.) 'per apoclisin: egone ... comperi.' VII Cicero Orat. 46, 155 'itaque idem poëta, qui inusitatius contraxerat [Alex. VIII 81] ... et [ibid. 88] ... non dicit liberum, ut plerique loquimur ... sed ut isti nolunt: neue tu' e. q. s. ... 'At ille alter in Chryse ... Atqui dixit Attius ...' Ad Phoenicem rettulit Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 73 coni. Hom. Il. *I* 455 VIII Nonius p. 512, 6 'duriter pro dure ... Ennius Foenice ...' (In Bamb. nihil extat praeter duas uoces extremas) Charisius II p. 178 P. (117 Lind.) 'duriter. Terentius in Adelphis ... ubi Acron: secundum antiquorum, inquit, consuetudinem. Nam et Ennius in Phoenice ...' (Poenice cod.) IX Nonius p. 511, 5 'saeuiter pro saeue ... Ennius Fonice ...' (Foenice Bamb.) X Nonius p. 514, 13 'futtile, futtiliter. Ennius Foenice ...' XI Charisius IV p. 250 P. (167 Lind.) 'ἐπανάληψις est, cum eadem dictio in principio uersus et in clausula ponitur, ut: pater' e. q. s. Diomedes II p. 440 P. 'epanalepsis ...' Claudius Sacerdos I p. 35 Endl. 'epanalempsis fit hoc modo: idem uerbum ponitur in clausula, quod in principio dictionis, ut: pater' e. q. s. Phoenicis querellas agnouit O. Ribbeckius XII Nonius p. 518, 5 'derepente ... Ennius Foenicae ...' (Phenice Bamb.)

---

347 neue tu *Fleckeisenus.* neque tu *plerique libri.* neque tuum *Gud. c* 349 suspitionem *Bamb.* suspicionem *ceteri libri* futtilum *Leid.* futilum *ceteri libri* 350 futile *Bamb.* uos feratis *ed. pr.* uos fueratis *libri plerique.* non fueramus *Palat.* nos feramus *ed.* 1480

351 inquam, hospites, pater me lumine *O. Ribbeckius.* inquam hospitis me lumine *Claudius.* inquam me lumine *Charisius et Diomedes*

TELAMO

I

Telamo

'Ego deum genus ésse semper díxi et dicam caélitum,
Séd eos non curáre opinor, quíd agat humanúm genus:
Nám si curent, béne bonis sit, mále malis, quod núnc abest.

II

Séd superstitiósi uates ínpudentesque árioli,
Aút inertes aút insani aut quíbus egestas ímperat,
Quí sibi semitám non sapiunt, álteri monstránt uiam,
Quíbus diuitias póllicentur, áb eis drachumam ipsí petunt.
[De hís diuitiis síbi deducant dráchumam, reddant cétera.]

III *

Telamo

'Ego cum genui, túm morituros scíui et ei rei sústuli.

TELAMO I Cicero de diu. II 50, 104 'an noster Ennius? qui magno plausu loquitur assentiente populo [353. 354]. Et quidem cur sic opinetur, rationem subicit. Sed nihil est necesse dicere quae sequuntur: tantum sat est intellegi, id sumere istos pro certo, quod dubium controuersumque sit.' Idem de nat. deor. III 32, 79 'Telamo autem uno uersu totum locum conficit, cur di homines neglegant [355].' Idem de diu. I 58, 132 (cf. II)

II Cicero de diu. I 58, 132 'nunc illa testabor, non me sortilegos neque eos, qui quaestus causa arioleutur ... agnoscere. Non habeo denique nauci Marsum augurem, non uicanos aruspices, non de circo astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somniorum. Non enim sunt hi aut scientia aut arte diuini, sed superstitiosi' e. q. s. 'Atque haec quidem Ennius, qui paucis ante uersibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus.' Ennianos uersus demum a uerbis 'sed superstitiosi' incipere intellexit Bothius III Cicero

---

356 sed '*utrum Ennii sit an Ciceronis dubitari posse*' *O. Ribbeckius monet* inpudentes *Leid.* impudentes *ceteri libri* 359 drachumam *Vind. corr. eadem manu.* dracmam *Leid.* dragmam *Erl.* drachmam *ceteri. Cf. Ritschelius Mus. philol. VII* 559 *sqq.* *Versum* 360 *O. Ribbeckius tamquam 'lectoris alicuius lasciuia conflictum' uncis induxit* drachumam *Leid.* dragmam *Erl.* drachmam *ceteri*
361 moriturum *Seneca, Ciceronis libri deteriores* ei] huic *Seneca*

Praéterea ad Troiám cum misi ob défendendam Graéciam,
Scíbam me in mortíferum bellum, nón in epulas míttere.

IV

Móre antiquo audíbo atque auris tíbi contra utendás dabo.

V

Scíbas natum ingénuum Aiacem, cui tu obsidioném paras.

VI

Nam íta mihi Telamónis patris, aui Aéaci et proaui louis
Gráta est gratia átque hoc lumen cándidum clarét mihi.

Tusc. disp. III 13, 28 'uidentur enim omnia repentina grauiora. Ex hoc et illa iure laudantur: ego cum' c. q. s. Ibidem 24, 58 'atque hoc idem et Telamo ille declarat [361]' (Totum uersum exhibent Marb. Duisb. Oxon. unus, et uerbis genui ... sustuli m. alt. ascriptis Reg. ego cum genui moriturum sciui Vindd. Monac. b Rehd. et additis m. alt. moriturum sciui Bern. ego cum genui ceteri) Seneca ad Polyb. de cons. 11, 30 'quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte dignam magno uiro uocem emisit: ego ... sciui. Prorsus non mireris ex hoc natum esse qui fortiter mori posset ... ego ... sciui. Deinde adiecit rem maioris et prudentiae et animi: et huic rei sustuli.' Fronto de bello Parth. p. 199 ed. Rom. (105 Nieb.) 'an cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere? [361] Praeterea cum in' (ob cod.) 'terrarum orbem misi ob defendendum imperium, Scibam me in mortifera bella' c. q. s. 'haec uerba Telamo Troiano bello de suis liberis semel eloeutus est.' Ciceronem Tusc. disp. III 14, 30 secutus Hieronymus Epitaph. Nepotiani p. 592 Mign. 'ubi illud ab infantia studium litterarum et Anaxagorae ac Telamonis semper laudata sententia: sciebam me genuisse mortalem.' IV Nonius p. 506, 1 'audibo pro audiam. Ennius Telemone ...' V Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius in Telamone, quom ait ...' VI Nonius p. 85, 23 'claret.

---

362 missi, *sed ut prior* s *uideatur deleta esse*, *Fronto* 363 scibam *Fronto*. sciebam *Ciceronis libri* 364 atque *Bamb.* neque *ceteri libri* utendos *Bamb.* 366 aui Aeaci *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 73. atquefaci *libri* louis *Leid.* 367 grata est gratia *G. Hermannus Opusc. VII* 380. gratia ea est *libri*. gratia grata est *Grotius*

VII

Eándem me in suspítionem scéleris partiuít pater.

VIII

Deín senis me fácere pietas, cíuium porcét pudor.

IX

370 Stráta terrae láuere lacrumis néstem squalam et sórdidam.

X

. . . . éx eo futúrum abnuébunt.

TELEPHVS

I

Regnúm reliqui saéptus mendicí stola.

II

Caédem caueo hoc cúm uestitu, squálida saeptús stola.

clara est uel clareat ... Ennius Telamone ...' VII Nonius p. 475, 24 'partiret pro partiretur ... Ennius Telamone ...' VIII Nonius p. 160, 5 'porcet significat prohibet ... Ennius Telamone ...' IX Nonius p. 172, 19 'squalam' (squalem, superscr. a, W) 'pro squalidam. Ennius Telamone ...' idem p. 504, 4 'lauere inde tractum est. Ennius Telamone ...' X Diomedes I p. 378 P. 'uerum apud ueteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octauo annalium [IX] item in Telamone ...' (item in Telamonem Par. a. item in Telamonem, corr. idem, Par. b)

TELEPHVS I Nonius p. 537, 26 'stolam ueteres non honestam uestem solum, sed etiam omnem, quae corpus tegeret. Ennius Telefo [II] idem in eadem: regnum' e. q. s. II Nonius p. 537, 27 (cf. I) Festus p. 329 M.

---

368 suspitionem *O. Ribbeckius.* suspicionem *libri* 369 dein senis me *G. Hermannus.* deum me sentit *libri, etiam Bamb.*, '*quod uix defendi posse interpretando* stimulat' *monet O. Ribbeckius* 370 trae *superscr.* er *Leid. p.* 172. terra *Bamb. Leid. p.* 504 labere *libri p.* 504 laerimis *libri p.* 172 squalem *W p.* 172. squalidam *libri p.* 504 371 abnuebunt *Par. a b* (*sed in hoc* u *alterum m. alt. in ras.*). abnuebant *uulgo* 372 saeptus *O. Ribbeckius.* septus *libri* mendici *Leopardus Emend. VIII* 24. medici *libri* 373 eaedem caueo hoc cum uestitu *O. Ribbeckius.* cedo et caueo cum uestitus *Nonius.* quam ue ..... *Festus.* eaedem caueo uestitu *Geelius* septus *Bamb.*

III **

Nám sapiens uirtúti honorem praémium, haud praedám petit.

Sét quid uideo? férro saeptus póssidet sedís sacras.

IV

Palám mutire plébeio piáculum est.

V

. . qui illum dí deaeque mágno mactassínt malo.

VI

. . . . uérum quorum líberi letó dati
Súnt in bello, nón lubenter haéc enodari aúdiunt.

VII **

Quod nísi quieris, Ménelae, hac dextra óccides.

VIII **

Proin démet abs te régimen Argos, dum ést potestas cónsili.

IX

Et cíuitatem uídeo Argiuum incéndere.

'[squalidum in]cultum et sord[idum ——— unde Ennius] in Telepho: quam ue ..... stola.' III Cicero de orat. III 26, 102 'numquam agit hunc uersum Roscius eo gestu, quo potest: nam sapiens' e. q. s. 'sed abicit prorsus, ut in proximos: set quid' e. q. s. 'incidat aspiciat admiretur stupescat.' Ad Telephum posse pertinere O. Ribbeckius uidit IV Festus p. 145 M. 'mutire, loqui. Ennius in Telepho ...' Paulus p. 144 M. 'mutire, loqui. Ennius ...' V Nonius p. 342, 14 'mactare malo adficere significat ..... et Ennius Telefo ...' VI Nonius p. 15, 12 'enoda significat explana ... Ennius Telefo ...' VII Seneca Epist. mor. 80, 8 'ille qui superbus atque inpotens et fiducia uirium tumidus ait: quod nisi' e. q. s. 'diurnum accipit, in centunculo dormit.' VIII Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Jahn. (2726 P.) 'octonarius iambus: proin' e. q. s. Vtrumque uersum huc refert O. Ribbeckius IX Nonius p. 429, 4 'inter urbem et cíuitatem hoc interest:

---

375 set quid *O. Ribbeckius.* et quid *libri plerique.* equid *Lagom.* 14 *Gud. b* 377 dii *Nonius* 381 proin demet *Lachmannus.* proinde et *libri* consili *Lachmannus.* consulendi *libri* 382 incendier *Aldina*

X

Deúmque de consílio hoc itíner crédo conatúm modo.

XI

Ted ipsum oportet hóc profiteri et próloqui
Aduórsum illam mihi.

XII *

Sí uoles aduórtere animum, cómiter monstrábitur.

XIII *

. hómo, qui erranti cómiter monstrát uiam,
Quasi lúmen de suo lúmine accendát, facit:
Nihiló minus ipsi lúcet, cum illi accénderit.

THYESTES

I

Sét me Apollo ipsús delectat [láctat] ductat Délficus.

urbs est aedificia, ciuitas incolae ... Ennius Telefo ...' X Nonius p. 490, 12 'itiner pro iter. Ennius Telepho ...' XI Nonius p. 232, 24 'aduorsum rursum apud significat ... Ennius Telefo ...' (Ennius ... mihi om. Bern. a Basil.) XII Varro de L. L. VII 89 M. 'apud Ennium: si' e. q. s. 'comiter: hilare ac lubenter.' XIII Cicero de off. I 16, 51 'omnium autem communia hominum uidentur ea, quae sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re transferri in permultas' (sic Bamb. a b. transferri per multas Oehl.) 'potest [387—389].' Ibidem 52 'sed quoniam copiae paruae singulorum sunt, eorum autem qui eis egeant infinita est multitudo, uulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem: nihilo minus ipsi lucet.' Idem pro Balbo 16, 36 'comes benigni faciles suaues homines esse dicuntur: qui erranti comiter monstrat uiam, benigne, non granate.' Vtrumque fragmentum huc reuocauit O. Ribbeckius

THYESTES I Nonius p. 97, 32 'delectare, inlicere, adtrahere. Ennius

---

383 de *om. W* 384 ted ipsum oportet hoc profiteri *O. Ribbeckius.* te ipsum hoc oportet profiteri *libri, quod non mutauit Lachmannus ad Lucr. I* 778 387 ut homo *Basil. Oehl.* comiti *Basil. Bern. d Erf. Oehl.* uiam monstrat *Bamb. a Oehl.* 388 quasi lumen de suo lumine *Bern. a b c d Basil. Erf.* quasi de suo lumine lumen *Bern. e Oehl.* 389 ut nichilo minus *Oehl.* ut nihilo minus *Basil.* ipsi luceat *Bern. b c d e Basil. Erf. Bamb. a b Oehl.* ipsi ut luceat *Bern. a.* ut ipsi luceat *Reg. Lall.* 390 ipsus delectat lactat *O. Ribbeckius.* ipse delectat *libri*

II

Sed sónitus auris meás pedum pulsu íncrepat.

III

Ibi quíd agat secum cógitat parát putat.

IV *

Quem nám te esse dícam, qui tárda in senécta

V *

. . . pol míhi fortuna mágis nunc defit quám genus.
Námque regnum súppetebat mi, út scias, quanto é loco,
Quántis opibus, quíbus de rebus lápsa fortuna áccidat.

VI **

Tántalo prognátus, Pelope nátus, qui quondam á socru
Oénomao rege Híppodameam ráptis nanctust núptiis.

Theeste ...' (Thertensi ms. Junii. Thyeste edd.) II Nonius p. 255, 25 'crepare, ferire. Ennius in Thyeste ...' III Nonius p. 369, 25 'putare, animo disputare ... Ennius Thyeste ...' IV Cicero Orat. 55, 184 'quamquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse videatur oratio ... quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros, uelut ille in Thyeste [393] et quae sequuntur: quae, nisi cum tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima.' Cf. Nonius p. 336, 31 'Varro *περὶ ἐξαγωγῆς*: quem nam te esse dicam, feram qui manu corporis feruidos fontium aperis lacus sanguinis teque uita leuas ferreo ensi?' V Cicero Tusc. disp. III 19, 44 'quaerendum igitur, quem admodum aegritudine priuemus eum, qui ita dicat: pol' e. q. s. 'Quid? huic calix mulsi inpingendus est, ut plorare desinat? aut aliquid eius modi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poëta [Andromach. fr. X].' Illa esse Thyestis uerba O. Ribbeckio uisa sunt, excepta fortasse a proximis VI Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'aegritudinem ... depellamus ... qualis enim tibi ille uidetur Tantalo' e. q. s. 'Iouis

---

392 cogitet *W Leid.* 393 senecta *Lachmannus.* senectute *libri* 395 mi *Grotius Bibl. crit. nou. IV.* mihi *libri* 396 lassa *Vind. a Mon. b* accidat *Gud. Reg. Pith. Bern. alii.* occidat *Rehd. Vind. a Mon. a quinque Oxon.* 397 socru *Bentleius.* socero *libri* 398 raptis *Gud. Reg. Bern. alii edd. Dauisii.* raptus *et supra lin.* ruptis *Rehd.* ractis *Marb.* raptus *Pith. Oxon. unus* nanctust *Tregderus.* nanctus *Gud. Reg.* nactus est *Pith.* naetis *Rehd. m. pr.* uactus *Marb.* nactus *ceteri libri.* nactust *Bentleius* nutis *Reg.*

VII

ímpetrem,
[Di ínmortales,] fácite ab animo ut cérnat uitalem ábigeum.

VIII

Sín flaccebunt cónditiones, répudiato et réddito.

IX

'Aspice hoc sublímen candens, quem ínuocant omnés Iouem.

X *

Quém metuunt odérunt: quem quisque ódit, periisse éxpetit.

iste quidem pronepos. Tamne ergo abiectus tamque fractus? Nolite, inquit, hospites' e. q. s. [XI] Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?' Numeros constituit Bentleius, quem tamen etiam haec Iouis iste quidem pronepos minus recte poëtae dedisse intellexit post Danisium Wolfius in edit. alt. VII Nonius p. 261, 13 'cernere, iudicare ... Ennius Thyeste ...' VIII Nonius p. 110, 14 'flaccet, languet, deficit ... Ennius Thyeste ...' IX Festus p. 306 M. 'sublimem' (immo sublimen) 'est in altitudinem elatum, ut Ennius in Thyeste ...' Cicero de nat. deor. II 2, 4 'quid enim potest esse tam apertum ... cum caelum suspeximus ... quam esse aliquod numen ... quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius: aspice' e. q. s. (Deest in Palat. et Vind.) Ibidem 25, 65 'hunc igitur' (sc. Iouem) 'Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: aspice' e. q. s. Ibidem III 4, 10 'primum fuit, cum caelum suspexissemus, statim nos intellegere, esse aliquod numen, quo haec regantur. Ex hoc illud etiam: aspice' e. q. s. Ibidem 16, 40 'sit sane deus ipse mundus. Hoc credo illud esse sublime' e. q. s. Appuleius de mundo c. 33 p. 363 Oud. 'Romanus etiam poëta sic sensit: aspice' e. q. s. Probus in Verg. Ecl. 6. 31 p. 11 Keil. 'Ennius: aspice' e. q. s.

X Cicero de off. II 7, 23 'omnium autem rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quam diligi, nec alienius quam timeri. Praeclare enim Ennius: quem metuunt' e. q. s. Huic fabulae O. Ribbeckius

---

400 di immortales *O. Ribbeckius, om. libri* facile *Delrio.* facile *libri* abigeum *O. Ribbeckius qui e Gloss. Labb.* 'abigeus ἀπελάτης' *conferri iubet.* babium *libri.* halitum *Junius in mg.* 401 sin *Guielmus in Plauti Capt. c.* 5. in *libri* 402 sublimen *Appulei ms. Benedictinus, Scaliger ad Varr. de re rust. p.* 235 *ueteres Appulei libros antestans, cf. Ritschelius Mus. philol. VII* 556 *sqq.* sub lumine *mss. Vossiani Appulei.* sublime *Festi cod., Appulei Florentinus, Probus, Ciceronis libri, etiam Vind. Erl. Palat. de nat. deor.* supplime *Pal.* 1519 *de nat. deor. II* 25, 65 cadens *Vind. de nat. deor. III* 4, 10 *mss. Voss. Appulei* uocant *Festus, Probus* 403 odere *ex Goth.*

XI *

Thyestes

Nolíte, hospités, ad me adíre: ilico ísti:
Ne cóntagió mea bonís umbrane óbsit.
Tánta nis scéleris in córpore haerét [meo].

Alius

Quid nam ést, obsecró? quid te adírier abnútas?

XII

Heú heu, mea fortúna, ut omnia ín me conglomerás mala!

XIII

. . . . quám mihi maximum hódie hic contigerít malum.

XIV *

'O Fides alma ápta pinnis, ét ius iurandúm Iouis!

ascripsit XI Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'qualis enim tibi ille uidetur [VI] Iouis iste quidem pronepos? Tamne ergo abiectus tamque fractus? Nolite, inquit, hospites [404—406]. Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?' Idem de orat. III 41, 161 'nolo esse uerbum angustius id quod translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum: [407] melius esset uetas, prohibes, absterres: quoniam ille dixerat ilico ... obsit.' XII Nonius p. 90, 14 'conglomerare, innolnere, superaddere. Ennius Tithe ...' (Thyeste ante Mercerum) XIII Nonius p. 268, 11 'contingere, euenire ... Ennius Tyeste ...' XIV Cicero de off. III 29, 104 'nam praeclare Ennius ...' (Decst in Bamb. b) Appuleius de deo Socr. c. 5 p. 131 Oud. 'nam et ius iurandum

Heusingerus perisse *Bamb. a b Oehl.* 404 *sqq. Baccheos agnouit Bentleius* adire *Gud. in rasura* ilico *Lagom.* 3 13 35 36 93. illico *eadem manu compunctum Gud. in Tusc.* illico *uulgo* isti *Pith. Monac.* ista *tres Oxon.* istinc *duo Oxon. Gud. b Tusc., libri aliq. de or.* istic *cum rasura Bern.* istic *Gud. Halmii cum ceteris* 405 umbrane *Erl. b de or.* 406 meo *O. Ribbeckius, om. libri* 407 quid *Abrinc. Erl. b et Erl. a suppl.* quod *Lagom. aliq.* adirier] adiri *plerique libri.* abire *Abrinc. Erl. b.* adiri tam *O. Ribbeckius* obmittas *Erl. b* 408 heu heu *Vossius.* eu *libri.* eheu *Lachmannus ad Lucr. I* 360 glomeras *W* 409 quam mihi maximum hodie hic *O. Ribbeckius.* quam mihi maxime hic hodie *libri.* quam maximum etsi hic mi hodie *Bothius* 2 410 pinnis *Bamb. a* (pennis *m. alt. corr.*) *et plerique.* pennis *Bern. c*

XV *

. . . . . núlla sancta sócietas
Néc fides regni ést

XVI

Thyestes

Ipse summis sáxis fixus ásperis, euísceratus,
Látere pendens, sáxa spargens tábo, sanie et sánguine atro.
Néque sepulcrum, quó recipiat, hábeat portum córporis,
Vbi remissa humána uita córpus requiescát malis.

Ioui iurandum dicitur, ut ait Ennius.' (Ioui iurandum om. Flor. ms. Benedict. et alii) XV Cicero de off. I 8, 26 'quod enim est apud Ennium: nulla' e. q. s. 'id latius patet.' Idem de re p. I 32, 49 'concordi populo ... nihil esse innutabilius, nihil firmius ... itaque cum patres rerum potirentur, numquam constitisse ciuitatis statum. Multo iam id in regnis minus, quorum, ut ait Ennius, nulla regni sancta societas nec fides est.' (uel quoniam scribendum pro quorum uel regni omittendum Maio uidebatur) Vtrumque fragmentum ex Thyestis oratione super esse opinatus est O. Ribbeckius XVI Cicero Tusc. disp. I 44, 107 'execratur luculentis sane uersibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus: durum hoc sane, talis enim interitus non est sine graui sensu; illa inania: [413. 414]. Non ipsa saxa magis sensu omni uacabunt, quam ille latere pendens, cui se hic cruciatum censet optare. Quam essent dura, si sentiret; nulla sunt sine sensu.' (quam essent dura si sentirent nulla sine sensu Gud. Reg. quae ut essent dura, si sentirentur, nulla sine sensu sunt Bentleius) 'Illud uero perquam inane: [415. 416]. Vides, quanto haec in errore uersentur: portum esse corporis et requiescere in sepulcro putat mortuum. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quicque curandum.' Idem in Pisonem 19, 43 'Thyestea ista execratio est, poëtae uulgi animos, non sapientum, mouentis: ut tu naufragio expulsus uspiam saxis fixus asperis euisceratus latere penderes, ut ait ille, saxa ... atro.' (Verba ut tu naufragio expulsus uspiam Ciceroni rescripsit Bentleius, Enniana poësi in breuius, ut uidetur, ab illo contracta) Nonius p. 405, 3 'spargere, madefacere. Lucilius lib. XVIIII: [414].' Haec 'aut traducta esse a Lucilio aut librariorum turbis perperam eius nomine afferri' censet O. Ribbeckius

---

413 *sqq. Numeros constituit Bentleius*

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Neoptolemus
Philosophari est mihi necesse, at paucis: nam omnino haut placet.
Degustandum ex ea, non in eam ingurgitandum censeo.

II

Omnes dant consilium uanum, atque ad uoluptatem omnia.

III

. . . . . ui pate fecerunt Bruges.

IV

Qui templa caeli summa sonitu concutit

Inc. nom. rel. I Cicero Tusc. disp. II 1, 1 'Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere. Ego autem, Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari ... sed non paucis, ut ille. — 2 Sed tamen in uita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari pauca ipsa multum saepe prosunt.' Idem de orat. II 37, 156 'ac sic decreui philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet.' Idem de re p. I 18, 30 'magis eum delectabat Neoptolemus Enni, qui se ait filosofari uelle, set paucis: nam omnino haud placere.' Gellius V 15 'Enniauum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait: philosophandum est paucis: nam omnino haut placet.' Ibidem 16 'eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.' Appuleius de magia c. 13 p. 415 Oud. 'ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi Enniani pluribus philosophari.' II Fronto Epist. II 13 p. 57 ed. Rom. (p. 61 Nieb.) 'adfinitate sociatum neque tutelae subditum: praetercea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, omnes dant' c. q. s. III Cicero Orat. 48, 160 'Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum: ui p. Bruges, non Phryges: ipsius antiqui declarant libri.' Quintilianus I 4, 15 'sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena.' IV Terentius Eun. III 5, 42 'tabulam quandam pictam: ubi inerat pictura haec, Iouem | Quo pacto Da-

---

417 philosophari est mihi necesse, at *Vossius secundum Cic. Tusc.* philósophandum est, sed *Bothius ex Gellio* aut *Laur. Gellii.* haud *ceteri* *Versum* 418 *e Gellio concinnauit O. Ribbeckius* 419 atque ad uoluptatem omnia *om. ed. Mediol. et Nieb.* adque *cod.*

420 ui] bi *Abrinc.* Fruges *Viteb. Dresd. m. pr. Eins.*

V

Labát, labuntur sáxa, caementaé cadunt.

VI

caéli ingentes fórnices

VII

Latóna pariit cásta complexú Iouis
Delí deos geminos.

VIII

Flágiti princípium est nudare ínter ciuis córpora

IX

. . . quin índe inuitis súmpserint perdvéllibus

X

Amícus certus ín re incerta cérnitur.

naae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. | Egomet quoque id spectare coepi: et quia consimilem luserat | Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi; | Deum sese in pretium conuertisse et per alienas tegulas | Venisse clanculum: per pluuiam fucum factum mulieri. | At quem deum? qui templa' e. q. s. Donatus in h. l. 'sonitu concutit: παρῳδία de Ennio. templa caeli: sententia tragica, sed de industria, non errore.' V Nonius p. 196, 30 'caementa ... feminini Ennius: labat' e. q. s. VI Varro de L. L. V 19 M. 'a chao choum, hinc caum et hinc caelum ... et Ennius item ad cauationem: caeli i. f.' Cicero de orat. III 40, 162 'quo in genere primum est fugienda dissimilitudo: caeli i. f. Quamuis sphaeram in scenam (ut dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse.' VII Varro de L. L. VII 16 M. 'Ennius [Med. fr. XVIII] ... Titanis dicta, quod eam genuit Titanis Lato. Lato enim, ut scribit Manilius, est Coeo creata Titanis. Vt idem scribit: Latona' e. q. s. 'id est Apollinem et Dianam.' Ad Ennium his uerbis ut idem redire Varronem O. Ribbeckius perspexit conl. Varr. VII 65 M. VIII Cicero Tusc. disp. IV 33, 70 'bene ergo Ennius: flagiti' e. q. s. IX Varro de L. L. VII 49 M. 'apud Ennium: quin' e. q. s. 'perduelles dicuntur hostes.' X Cicero Lael. 17, 64 'quamquam Ennius recte: amicus' e. q. s.

---

422 labuntur *edd.* labábuntur *libri* caementae *Junius.* caementa *libri* 424 pariit '*Par. a et b, si recte relatum est.* parit *cett. codd.*' *O. M.* casta *Flor. Haun.* casto *ceteri libri* 425 Deli *uulgo.* Delia *libri* 426 ciuis *Gud.* ciues *ceteri* 427 quin inde *Flor. Par. a.* quoins inde *Goth.* quins inde *Haun.* quod inde *Par. b.* quid unde *Turnebi cod.*

XI

Bene fácta male locáta male facta árbitror.

XII

. . . . indúta fuit saeuá stola

XIII

Thelisílli mater

XIV

Vócibus concíde: faxis . . musset óbrutus.

XV

Ad eum áditauere

XVI

. . . . festíuum festinánt diem.

XVII

. . . . . cúbitis pinsibánt humum.

XI Cicero de off. II 18, 62 'nam praeclare Ennius: bene facta' e. q. s. XII Seruius in Aen. I 4 'saenam dicebant ueteres magnam, ut Ennius: induta' e. q. s. 'i. e. magna.' Cynthius Cenetensis in Aen. I 4 (A. Mai auct. class. VII 327) 'saenus dicitur crudelis, prosper et magnus. Ennius: induta' e. q. s. XIII Varro de L. L. VII 87 M. 'lympha a nympha, ut quod apud Graecos *Θέτις*, apud Ennium: Thelis illi mater.' Varro de re rustica III 9, 19 'quod antiqui, ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam uocabant.' Cf. Turnebus Adu. XXIII 26 XIV Varro de L. L. VII 101 M. 'apud Ennium: nocibus' e. q. s. 'mussare dictum, quod muti non amplius quam *μῦ* dicunt.' Cf. Ann. XVII fr. VI XV Diomedes I p. 336 P. 'item adeo adis. hoc iteramus adito aditas dictitantes, ut Ennius: ad eum aditauere.' XVI Seruius in Aen. IX 401 'antique properet mortem, ut Plautus: properare prandium; Ennius: festinum f. d.' Philargyrus in Georg. IV 170 'fulmina properant uetuste ait, ut Plautus: properant prandium, et Ennius: festinant diem.' Cf. Gloss. Labb. 'festino *ἑορτάζω*.' XVII Varro de L. L. V 23 M. 'terra ut putant eadem et humus: ideo Ennium in terram cadentis dicere: cubitis' e. q. s. cf. Ann. X fr. XII

---

430 fuit *Seruius.* est *Cynthius* 431 Thelis *Turnebus.* Thetis *Flor. Haun.* ea Thetis *cod. B, lacuna in Goth.* 432 faxis .. musset *O. Ribbeckius.* facimus et *libri plerique.* facimus musset *Turnebi cod.* 435 pinsabant *Goth.*

XVIII

. . . . . ímprimitque genaé genam.

XIX

[Nám] flammam sapiéns facilius óre in ardente óp-
primit
Quám bona dicta téneat.

XX

Eu, méa puella, e spé quidem id successít tibi.

XXI

aeui íntegri

XXII

ángue uillosí canis

XXIII

férro foedatí iacent.

XVIII Seruius in Aen. VI 686 'genis, palpebris: Ennius de dormiente: imprimitque' e. q. s. XIX Cicero de orat. II 54, 222 'quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possint, tenere. Itaque non nulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. Dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam b. d. t.: haec scilicet bona dicta, quae salsa sint.' (Ennium om. Voss. Leid. dicere enim aut pienti facilius Abrinc. Erl. a, nisi quod in hoc aiunt superscriptum est super aut) XX Varro de L. L. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud Ennium [Hectoris Lustr. fr. VII]: apud Ennium: eu mea p.' e. q. s. 'apud Pompilium: heu' e. q. s. (Naeuium cod. B)

XXI Seruius in Aen. IX 255 'integer aeui, integri aeui, i. e. adulescens, cui aetas integra super est. Vnde Ennius deos aeui integros dicit, quibus multum aeui super est.' XXII Acro in Hor. Carm. III 11, 18 'mouiant angues caput eius: ut ait Ennius: angue' e. q. s. XXIII Seruius in Aen. III 241 'foedare cruentare. Ennius: ferro' e. q. s.

---

436 que *fortasse delendum censet O. Ribbeckius* 437 naun *O. Ribbeckius, qui indirectam qua Cicero utitur orationem in uersum coëgit* 439 eu *O. Ribbeckius.* hau *Par. b.* heu *ceteri.* eheu *uulgo* e spe *O. Ribbeckius.* spe *Flor. Goth. Par. a.* saepe *Haun.* sepe *Par. b.* successit *O. Muellerus.* succensit *Goth. Haun.* succenset *Flor. Par. a.* succenses *Par. b*

XXIV

. . . quis nos páter aut cognatús uolet
Contrá tueri?

XXV

. . . . . cápitibus nutántibus
Ibi pinos rectósque cupressos

XXVI

Quí sui quaestus caúsa fictas súscitant senténtias.

XXVII

[Vmquam] quicquam quísquam cuiquam, quód ei
conueniát, neget?

XXIV Varro de L. L. VII 12 M. 'tueri duo significat, unum ab aspectu, ut dixi, unde est Enni illud: tueor te senex ... et: quis pater' e. q. s. Quem uersum non hexametrum, quod uulgo credebatur, sed tragoediarum esse ut quem proximum ascripsi Ritschelius docuit Ind. schol. Bonn. aest. 1852 p. XV XXV Gellius XIII 20 'Ennius item rectos cupressos dixit contra receptum uocabuli genus hoc uersu: capitibus' e. q. s. 'firmior ei credo et uiridior sonus esse uocis uisus est, rectos dicere cupressos, quam rectas. Contra uero idem Ennius in annali duodeuicensimo' e. q. s. Nonius p. 195, 24 'cupressus generis feminini, ut dubium non est. Masculini Ennius: capitibus' e. q. s. XXVI Cicero de diu. I 40, 88 'atque etiam ante hos Amphiaraus et Tiresias, non humiles et obscuri neque eorum similes, ut apud Ennium est, qui sui quaestus causa' e. q. s.

XXVII Rhet. ad Herennium IV 12, 18 'et si uitabimus eiusdem litterae nimiam assiduitatem, cui uitio uersus hic erit exemplo (nam hic nihil prohibet in uitiis alienis exemplis uti): o Tite' e. q. s. [Ann. 113] 'et hic eiusdem poëtae: quicquam' e. q. s.

---

443 *sq.* quis nos pater aut cognatus uolet Contra tueri *Ritschelius.* quis pater aut cognatus uolet nos contra tueri *Varro* 445 nutantibus *Nonius, Gryph. mg. Voss. m. pr.* nutantis *Voss. corr. cum ceteris* 446 ibi *Ritschelius, om. libri* 448 umquam *O. Ribbeckius, om. libri.* quidquam quisquam cuiquam quod ei conueniat *O. Ribbeckius.* quicquam quicq quemq quisq. conueniat *Wuerzb.* quisquam quicquam quanquam quenquam quisquam conueniat *Opitz.* quicquam quisquam quemquam quisque conueniet *Windb. Fris.* quidquam quisquam quemquam quemq. quisq. conueniat *Par.* quidquam quisquam quemquam quisque conueniat *Bamb. a.* quidquam quisquam quemque quisque conueniat *Bamb. b.* quidquam quisquam quemquam quemq. quis conueniat *Tross.* quidquam quisquam quemquam quis conueniat *Tur.* quidquam quisquam cuiquam quod conueniat *uulgo*

XXVIII

Varro de L. L. VI 61 M. ‘dico originem habet Graecam quod Graeci *δικάζω*. Hinc Ennius: dico qui. Hinc dicare, hinc iudicare.’ Dico qui hunc dicare cupit (uel habet uel potest). Hinc iudicare uulgo: correxit O. Muellerus, qui lacuna Enniani uersiculi maiorem partem absumptam esse sibi persuasit. Dico ui-[cisse] coniecit O. Ribbeckius conl. Enn. fr. VI

COMOEDIARVM ET CETERORVM CARMINVM RELIQVIAE

AMBRACIA

I

. per gentes ésse cluebat ómnium misérrimus

II

. . et aequora salsa neges ingentibus nentis.

III

. . bene monés; tute ipse cúnctas. Vide fortém
uirum!

IV

. . . . audáces depopulánt agros
Serui dominorum dóminis.

CVPVNCVLA

. . . . . hinc est ánimus propitiábilis

PANCRATIASTAE

I

Quo núnc me ducis? — 'Vbi molarum strépitum audibis máximum.

AMBRACIA I Nonius p. 88, 1 'cluet, nominatur ... Ennius Ambratia ...' II Nonius p. 183, 3 'neget pro negetat uel erigit uel negetum est ... Ennius Ambrachia ...' III Nonius p. 469, 21 'cunctant pro cunctantur ... Ennius Ambrachia ...' IV Nonius p. 471, 18 'populat est et passiuum populatur ... Ennius Ambracia ...'

CVPVNCVLA Nonius p. 155, 30 'propitiabilis, ad propitiandum. Ennius Cupiuncula: hinc ... propitiabilis. Ita et adulabilis.' (a propitiendo Bamb. Capeduncula Bentinus. Capruncula Vossius)

PANCRATIASTAE I Nonius p. 506, 3 'audibo pro audiam. Ennius Te-

---

2 uentis] uestis *W* 3 cunctas *Bothius.* cuncto *W Bamb.* cunctato *ceteri libri* 4 agros audaces depopulant *libri.* audaces serui depopulant agros *Bothius Mus. Rhen. V* 264 domini *ed.* 1526. *Junius* 6 huic *edd.* 7 dicis *Bamb.* molarium *W, etiam in Leid.* i *superscr.* molariam *Bamb.* audiuis *Bamb.*

II

Quis ést, qui nostris fóribus tam protéruiter

III

Cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

EX INCERTIS COMOEDIIS

I

Illíc nugator níli, non naucíst homo.

II

. . ten aliquíd quod dono níl morare? sed áccipe!

SATVRARVM RELIQVIAE

LIBER I

I

Malo hércle magno suó conuiuat síne modo.

II

Dúm quicquid des célere

lemone ... Idem Panchratiastis ...' II Nonius p. 513, 11 'proteruiter. Ennius Pancratiaste ...' (pancratihaste W) III Nonius p. 517, 15 'desubito ... Ennius Pancrasiaste ...'

EX INC. COM. I Festus p. 166 M. 'naucum ait Ateius philologus poni pro nugis .... Plautus — — et Naeuius in Tunicularia ... sed et Ennius: illic' e. q. s. II Diomedes I p. 395 P. 'moro quod crebro moror dicimus .... Ennius ...'

LIBER I I Nonius p. 474, 22 'conuiuant pro conuiuantur ... Pomponius Munda: si calendis [domi] conuiuant, idibus caenant foris. Ennius satyrarum lib. I ...' II Nonius p. 510, 10 'celere pro celeriter ... Ennius satyrarum lib. I ...'

---

8 quis] qui *W* 10 illic *Vrsinus*. illuc *cod.* est nugator *cod.* nili] nihil *cod.* nihili *Vrsinus* nauci homo *cod.* 11 ten] an *uulgo* nil] illi *uulgo* sed accipite *uulgo*. en accipe *Fleckeisenus*

I magno suo conuiuat *Bothius Mus. Rhen. V* 266. suo magno conuiuat *libri*. suo conuiuat magno *Petermannus de sat. Enn.* 1851 *p.* 20 conuiuat. Sine modo *Bothius* 2 dum] da *uel* dane *Gulielmus in Plauti Bacch. c.* 5 quicquid *Bamb., cf. Lachmannus ad Lucr.*

LIBER II

I

Inde loci liquidas pilatasque aetheris oras
Contemplor

II

Réstitant, occúrrunt, obstant, óbstringillant, óbigitant.

LIBER III

SCIPIO

I

Enni poëta sálue, qui mortálibus
Versús propīnas flámmeōs medúllitus.

II *

Numquám poëtor nísi si podager . . .

III

Nam is nón bene tibi núlt, qui falso críminat.

Liber II 1 Seruius in Aen. XII 121 'pilata. fixa et stabilia ... Ennius satyrarum II: inde loci' e. q. s. 'cum firmas et stabiles significaret et quasi pilis fultas.' II Nonius p. 147, 9 'obstringillare obstare. Ennius satyrarum lib. II ...'

Liber III 1 Nonius p. 33, 7 'propinare a Graeco tractum est, post potum tradere .... Ennius satyrarum lib. III ...' Idem p. 139, 14 'medullitus, a medullis — Ennius satyrarum lib. III ...' II Priscianus VIII p. 829 P. (I p. 417 K.) 'nos quoque philosophor, architector, poëtor in usu habuimus. Ennius ...' Huc referri posse me monuit Th. Hugius III Nonius p. 170, 13 'criminat Ennius satyrarum lib. III: nam' e. q. s. 'dignani ... Accius Meleagro: remanet gloria apud me.' (lib. IIII W,

---

V 264. quidquid *ceteri libri* 3 *sq.* oras Contemplo *Scaliger ad Festum s. u.* '*compilare*' *e Seruio*, *ut uidetur*, *Danielis.* contemplor Inde loci *uulgo* 5 obigitant *Bergkius Ind. lect. Marb. aest.* 1844 *p. XVI.* ouagitant *libri.* obagitant *ed.* 1526, *Junius*, *Mercerus.* obgannunt *Columna* 6 Enni oeta selue *W Leid. p.* 33 8 nūquam *Halberst.* nūquā *Reg. Sang. Bern.* nunquam *Carlsr. Lugd.* poetar *Carlsr.* si *om. libri* 9 nam is *edd.* nam iis *libri* tibi uolt *Petermannus.* nult tibi *libri*, *nisi quod* nult ibi *Bamb. cum ed. princ.* nult tibi, qui te l. c. *Fleckeiseenus* qui falso criminat *om. Bamb.* criminat apud te *libri.* c. te apud *ed.* 1480. ad te *Junius.* ad me *Bothius. cf. supra*

IV

. . mundus caéli uastus cónstitit siléntio,
Et Neptunus saéuus undis ásperis pausám dedit.
Sól equis itér repressit úngulis nolántibus:
Cónstitere amnés perennes, árbores uentó uacant.

V

Quáque propter Hánnibalis cópias consíderat.

VI

Sparsis hastis longis campus splendet et horret.

VII *

Quam tantam statuam statuet populus Romanus
Quamue columnam, quae teque et tua gesta loquatur.

Mercerus) IV Macrobius Sat. VI 2 p. 513 Jan. 'tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Infit: eo dicente deum domus alta silescit, Et tremefacta solo tellus, silet arduus aether. Tum uenti posuere, premit placida aequora pontus. [Aen. X 100] Ennius in Scipione: mundus' e. q. s. V Gellius IV 7 'Valerius Probus ... Hannibalem et Hasdrubalem et Hamilcarem ita pronuntiabat, ut paenultimam circumflecteret .... Plautum et Ennium multosque alios ueteres eo modo pronuntiasse affirmat, solius tamen Ennii uersum unum ponit ex libro, qui Scipio inscribitur. Eum uersum quadrato numero factum subiecimus, in quo nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine circumflexe promatur, numerus clausurus est. Versus Ennii quem dixit ita est: quaque' e. q. s. VI Macrobius Sat. VI 4 p. 519 Jan. 'tum ferreus hastis Horret ager. [Aen. XI 601] Horret mire se habet. Sed et Ennius in quarto decimo [VII] et in Erechtheo [VI] et in Scipione ...' Seruius in Aen. XI 601 'horret autem terribilis est. Est autem uersus Enniauus nituperatus a Lucilio dicente per irrisionem, cum debuisse dicere horret et algeat.' VII Trebellius Pollio Claud. 7

---

12 itiner *Bothius* 13 constitere *Scriuerius.* constatere *cod. Bodl.* consistere *ceteri libri* uocant *Med. An* nagant *? cf. Heet. Lustr. XII* 14 quaque *M. Hertzius.* qua *Vat. Par. Rottend.* qui *uulgo.* quique *post alios F. Ritterus Ephem. Darmst.* 1840 *p.* 391 hanibalis *Par.* considerat *Par. Rottend.* considerant *Vat. cum ceteris* 15 spassis *Par.* spasis *Neap.* *Tetrametrum trochaicum* sparsis ... splendet horretque et gemit *proposuit F. Ritterus l. s.* 16 quam tantam *Lachmannus ad Lucr. III* 1034. quantam *Trebellius.* nam quantam *Salmasius, altero uersu non uerba sed sententiam poëtae a Trebellio expressam esse opinatus* statuet *Lachmannus.* faciet *Trebellius* 17 quamue *Lachmannus.* quantam *Trebellius* quae teque et tua gesta] quae res tuas gestas *Trebellius.* quae te res gestasque *Lachmannus.* res quae ac tua gesta *Columna*

VIII *

Suidas s. u. *Ἔννιος*: *Ἔννιος Ῥωμαῖος ποιητής· ὃν Αἰλιανὸς ἐπαινεῖν ἄξιόν φησι. Σκιπίωνα γὰρ ᾄδων καὶ ἐπὶ μέγα ἐξᾶραι τὸν ἄνδρα βουλόμενός φησι μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος· δῆλον δὲ ὡς ἐτεθήπει τοῦ ποιητοῦ τὴν μεγαλόνοιαν καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιάγαστον.*

IX *

Vel tu dictator uel equorum equitumque magister
Esto uel consul

X

Desine Roma tuos hostis

* *
*

Nam tibi munimenta mei peperere labores

* *
*

testes sunt
Lati campi, quos gerit Africa terra politos.

'dicit Ennius de Scipione: quantam' c. q. s. IX Paulus Festi p. 369 M. 'uel colligatio quidem est disiunctiua ... earum' (rerum) ... 'e quibus quae eligatur, nihil inter est, ut Ennius: uel' c. q. s. Haec ad Scipionem pertinere Merula uidit, qui ea nouo Annalium ascripsit, fortasse recte

X Cicero de orat. III 42, 167 'ornandi causa proprium proprio commutatum: desine ... hostis; et: testes sunt campi magni.' (Deest in Erl. a. desine Roma tuos ////// sunt campi Abrinc.) Idem de fin. II 32, 106 'itaque beatior Africanus cum patria illo modo loquens: desine ... hostis; reliquaque praeclare. Nam ... labores.' Nonius p. 66, 25 'politiones, agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta et ad nitorem deducta. Ennius satyrarum lib. III: testes ... politos.' Ab hoc uersu non diuersam esse illam quam Ciceroni debemus particulam post Bondamum Var. Lect. II 14 Lerschius intellexit Mus. Rhen. V 421, quamquam eorum neuter quod uerum est penitus perspexit

20 hostis *libri plerique*. hostes *pauci, om. Abrinc. de or.. u. supra* hostes horrere superbos *nescio qui apud Columnam.* postes ornare tropaeis *Scaliger Catal. p.* 220. *cf. eundem ad Manil. IV* 179

21 nam *Erl. Spir.* namque *ceteri* munimenta *Muretus Var. Lect. XI* 1. monimenta *Pal. a Gud. b Spir.* monumenta *ceteri* peperere *Erl. Pal. b.* reperere *Par. Monac.* repperere *Pal. a.* reperiere *Leid.* 22 testes *om. Gud. c Abrinc., u. supra* 23 campi magni *Cicero* testes sunt campi quos A. l. p. ipsa gerit *cod. Doruill.*

LIBER IV

. . . . . neque ille tríste
Quaéritat sinápi neque caépe maestum . .

LIBER VI

Quippé sine cura laétus lautus cum áduenis
Insértis malis, éxpedito brácchio
Alacér, celsus, lupíno expectans ímpetu,
Mox cum álterius ábliguriás bona,
Quid cénses domino esse ánimi? pro diuúm fidem!
Ille trístis cibum dum séruat, tu ridéns uoras.

EX INCERTIS SATVRARVM LIBRIS

I

Nám qui lepidé postulat álterum frustrári,

LIBER IV Macrobius Sat. VI 5 p. 527 Jan. 'tristis pro amaro translatio decens est, ut: tristisque lupini. [Georg. I 75] Et ita Ennius in libro Sabinarum quarto ...' (satyrarum Columna) Seruius in Georg. I 75 'tristisque lupini: amari ... Ennius: neque ... sinapi.'

LIBER VI Donatus in Ter. Phorm. II 2, 25 'ten asymbolum uenire! unctum atque lautum e balneis (Otiosum ab animo: cum ille et cura et sumptu absumitur. Dum tibi fit quod placeat, ille ringitur, tu rideas): non ab Apollodoro sed e sexto satirarum Ennii translata sunt omnia: quippe' c. q. s. (non) nondum Gand. nedun Lugd. nodum uel nedum edd. uet. haec non uulgo sed e sexto satis Ennii Gand. sed de sexto satis Lugd. post satis lacuna circa uiginti quattuor litterarum; sede sexto satis edd. uet.)

EX INC. SAT. LIB. I Gellius XVIII 2 'itaque nuper quaesita esse me-

---

24 neque ille triste *Burmannus.* neque ill .. triste *Seruius Danielis.* neque triste *Macrobius.* neque illa triste *Janus* 25 quaeritta *Anglic.* queripat *Neap.* *Soladeos descripsit Th. Hugius* 26 lautus *om. Gand. et Lugd.* 27 insertis *Lugd.* infertis *uulgo.* exertis *Muretus Var. Lect. XIX* 7 bracchio *Lugd.* brachio *uulgo* 28 *An* alacer ac celsu'? expectans impetu *Muretus.* impetu (inpecum *Lugd.*) expectans *uulgo* 29 mox cum *Lugd.* mox dum *uulgo.* quam mox *Muretus* abligurias *Lugd.* ablingas *Pith.* obligurias *uel* obligurrias *uulgo* 30 domino *Muretus.* dños *Lugd* dominis *uulgo* proh animum fidem *Lugd* 31 ille tristis dum ciuium *Lugd.* dum ille cibum tristis *Muretus.* cibum ille tristis *Petermannus* rediens uorans *Lugd.* 32 qui se, *om.* nam, *Aeidalius*

Quóm frustrast, frústra illum dícit frustra ésse.
Nám qui sé frústrari quém frustras séntit,
Quí frustratúr frustrast, sí ille non est frústra.

II

Meum nón est, ac si mé canis·memórderit.

III

Quintilianus IX 2, 36 'sed formas quoque fingimus saepe ut famam Vergilius, ut uoluptatem ac uirtutem ... Prodicus, ut mortem ac uitam, quas contendentes (consentientes Tur. Ambr. a b) in satura tradit Ennius.'

IV

Gellius II 29 'auicula, inquit' (Aesopus), 'est parua, nomen est cassita. Habitat nidulaturque in segetibus, id ferme temporis, ut appetat messis pullis iam iam plumantibus. Ea cassita in sementes forte congesserat tempesti-

mini numero septem, quorum prima fuit enarratio horum uersuum qui sunt in saturis Quinti Ennii' (saturis Lugd. Magliab. satiris ceteri quintiennii Voss. Thuan.) 'uno multifariam uerbo concinniter implicati: quorum exemplum hoc est: nam qui' e. q. s. II Gellius VII 9 'poposci, momordi .... Sed Q. Ennius in saturis' (in satiris suis Rottend.) 'memorderit dixit per e litteram, non momorderit' (momordederit Par.) 'Meum, inquit,' (inquid Par.) 'non est' e. q. s. Nonius p. 140, 25 'memordi, peposci ... in ueteribus lecta sunt .... Ennius: non est' e. q. s.

---

in Plauti Amphitr. c. 2 32 *sq.* frustrari quē frustrari. quem frustra eum dicit *Voss.* 33 quom frustrast] quem frustratur *plerique libri.* qm frustratur *Lugd.* illum] eum *libri* 33 frustrast — 34 frustrari quem *om. Reg.* 34 sese *libri* frustras (*h. e.* frustrans, *cf. Trag.* 152) sentit *Magliab.* frustrassent. id *Reg.* frustrassent id *Lugd. Thuan.* frustras senti *Voss.* frustra sentit *uulgo* 35 frustratur is frustrast *Lugd. Magliab.* frustratur is frustra est *ceteri libri* si *plerique libri.* s; (*h.e.* set) *Reg., om. Acidalius, G. Hermannus Elem. doctr. metr. p.* 453 *qui trimetros trochaicos manult* non ille *libri* est frustrat *Lugd., sed nota in margine appicta qua istud corrigi iubetur Cf. de eisdem uersibus Muretus apud Castalionem Var. Lect. c.* 23 (*Grut. Lamp. IV* 580)

36 meum *om. Nonius* ac si me *Par. Vat.* alsime *Rottend.* at si me *ceteri Gellii.* ut si me *Nonius* canis *non certo apparet in Vat., possit uel* catus *esse*

uiores; propterea frumentis flauescentibus pulli etiam tunc inuolucres erant. Dum igitur ipsa iret cibum pullis quaesitum, monet eos, ut, si quid ibi rei nouae fieret diceretur, animaduerterent idque uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. Dominus postea segetum illarum filium adulescentem uocat, et: "uidesne", inquit, "haec ematuruisse et manus iam postulare? idcirco die crastini, ubi primum diluculabit, fac amicos eas et roges, ueniant operamque mutuam dent et messim hanc nobis adiuuent." Haec ubi ille dixit, et discessit. Atque ubi rediit cassita, pulli tremibundi, trepiduli circumstrepere orareque matrem, ut iam statim properet inque alium locum sese asportet: "nam dominus", inquiunt, "misit, qui amicos roget, uti luce oriente ueniant et metant." Mater iubet eos otioso animo esse: "si enim dominus", inquit, "messim ad amicos reicit, crastino seges non metetur neque necessum est, hodie uti uos auferam." 'Die', inquit, 'postero mater in pabulum uolat. Dominus, quos rogauerat, opperitur. Sol feruit, et fit nihil: it dies, et amici nulli erant. Tum ille rursum ad filium: "amici isti magnam partem", inquit, "cessatores sunt. Quin potius imus et cognatos adfinesque nostros oramus, ut adsint cras tempori ad metendum?" Itidem hoc pulli pauefacti matri nuntiant. Mater hortatur, ut tum quoque sine metu ac sine cura sint, cognatos adfinesque nullos ferme tam esse obsequibiles ait, ut ad laborem capessendum nihil cunctentur et statim dicto obœdiant: "uos modo", inquit, "aduertite, si modo quid denuo dicetur." Alia luce orta auis in pastum profecta est. Cognati et adfines operam, quam dare rogati sunt, supersederunt. Ad postremum igitur dominus filio: "ualeant", inquit, "amici cum propinquis. Afferes primo luci falces duas: unam egomet mihi et tu tibi capies alteram et frumentum nosmet ipsi manibus nostris cras metemus." Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audiuit: "tempus", inquit, "est cedendi et abeundi; fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. In ipso enim iam uertitur, cuia res est, non in alio, unde petitur." Atque ita cassita nidum

migrauit, seges a domino demessa est. — — Hunc Aesopi apologum Q. Ennius in satiris scite admodum et uenuste uersibus quadratis composuit. Quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi et memoriae operae pretium esse hercle puto:

Hóc erit tibi árgumentum sémper in promptú situm:
Né quid expectés amicos quód tute agere póssies.

V

Cum spólia generis détraxeritis [ímpie,] .
Quam inscríptionem dábitis?

VI *

Súbulo quondám marinas própter adstabát plagas.

VII *

Propter stagna, ubi lanigerum pecus piscibus pascit.

V Iulius Victor c. 6 p. 221 Or. 'ab euentu in qualitate: ut qualia sint ea quae euenerunt, aut quae uideantur euentura, tale illud quoque existimetur, ex quo euenerunt. Vt Sabinis Ennius dixit ...' (Sabinarum nescio quod carmen post Maium ad Cic. de re p. II 7 tueri studet Janus ad Macrobium, uide Ennii Sat. lib. IV) VI Varro de L. L. VII 35 M. 'apud Ennium' (enī Flor. enim Hamm.) 'subulo' c. q. s. 'subulo dictus, quod ita dicunt tibicines Tusci; quocirca radices eius in Etruria, non Latio quaerundae.' Festus p. 309 M. 'subulo Tusce tibicen dicitur; itaque Ennius ...' Hunc uersum cum Herodoti narratione I 141 conferri iubet O. Muellerus. Vide etiam Babrium fab. 9, quem Th. Hugius indicauit VII Paulus Festi p. 59 M. 'Cyprio boni merendam Ennius Sotadico uersu cum dixit, significauit id quod solet fieri in insula Cypro .... Idem cum dicit: propter' c. q. s. 'esse paludem demonstrat, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quos oues consectatae edunt.'

---

37 hoc *uulgo, corr. Par.* hec *Vat. Par. m. pr.* h' *Rottend.* arg'tum *Rottend.* promtū *Vat. Par.* promptum *Rottend.* 38 nequit *Par.* neq; *Rottend.* tute agere possies *Fruterius Veris. II* 8. tu agere possis *libri, nisi quod* tua gere possis *Rottend.* 39 *sq. Versus disposui* generis *Janus.* generi *Iulius Victor* inpie *om. Iulius Victor* 41 adstabat *Flor. Varronis.* adstrabat *Festus.* astabat *ceteri Varronis.* assabat *Scaliger* plagas *Festus.* aquas *Varro* 42 pecus] genus *ed. uet. Ald. uulg.* pascit *Monac. edd. uet. et libri C. Barthii (Adu. XLI* 8). pascitur *Guelf. uulg.*

VIII *

. . . decem coclites queis montibus summis
Ripeis fodere.

IX *

Simia quam similis turpissima bestia nobis!

X *

Quaerunt in scirpo soliti quod dicere nodum.

EPIGRAMMATA

I

Aspicite o ciues, senis Enni imaginis formam!
Hic uestrum panxit maxima facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret nec funera fletu
Faxit. cur? uolito uiuus per ora uirum.

VIII Varro de L. L. VII 71 M. 'apud Ennium: decem' e. q. s. 'ab oculo coeles ut oeles dictus, qui unum haberet oculum.' 'Sermo est de Arimaspis s. Vnoculis, qui uicini Hyperboreorum, in Rhipaeis montibus, aurum Grypibus ereptum fodiebant.' O. Muellerus. Cf. Herodoti IV 13. Saturis ascripsi cum Th. Hugio IX Cicero de nat. deor. I 35, 97 'ipsa uero quam nihil ad rem pertinet quae uos delectat maxime similitudo! Quid? canis nonne similis lupo? atque ut Ennius: simia' e. q. s. 'at mores in utroque dispares.' (Deest hic locus in Palat. et Vind.) Cf. Serenus Samonicus de med. 825 'siue homo seu similis turpissima bestia nobis Vulnera dente dedit' e. q. s. X Festus p. 330 M. 'inde prouerbium est in eas natum res, quae nullius inpedimenti sunt, in scirpo nodum quaerere. Ennius: quaerunt' e. q. s.

EPIGRAMMATA I Cicero Tusc. disp. I 15, 34 'quid poëtae? nonne post mortem nobilitari uolunt? unde ergo illud? [1. 2]. Mercedem gloriae flagitat ab iis, quorum patres affecerat gloria: idemque: nemo me' e. q. s. Ibidem 49, 117 'quod si fiat, melior Enni quam Solonis oratio. Hic enim noster: nemo me lacrimis decoret, inquit, nec ... faxit. At uero ille sapiens: mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis Maerorem, ut

---

43 quas *libri.* ques *Scaliger* montib; sūmis *Flor.* 44 ripeis *Flor. Haun. Par. a.* ripheis *Par. b.* rhipeis *Goth.* Rhipaeis *O. Muellerus* fodere *Par. a.* federe *Flor. Par. b.* foedere *Goth. Haun.*

1 Enni imaginis] *cf. Lachmannus ad Lucr. VI* 743 panxit *uulgo.* pinxit *Reg. Pith.* lacrumis *Monac. c Cat. mai.* lacrimis *ceteri libri* funera fletu *libri omnes.* funera fletum *Scaliger Catal. p.* 283 *et eiusdem Opusc. diu. Par.* 1605 *p.* 89. funera lessum *Bentleius ad Cic. Tusc. I* 49, 117 decoret ... faxit *om. Reg. Pith. Cic. Tusc. I* 15, 34 4 quum uolito *secundum* '*meliora exemplaria*' *Scaliger*

II

Hic est ille situs, cui nemo ciuis neque hostis
Quiuit pro factis reddere opis pretium.

III

A sole exoriente supra Maeotis paludes
Nemo est qui factis me aequiperare queat.
Si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est,
Mi soli caeli maxima porta patet.

celebrent funera cum gemitu.' Idem Cat. mai. 20, 73 'Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum et lamentis uacare. Volt credo se esse carum suis: sed haut scio an melius Ennius: nemo ... faxit.' II Seneca Epist. mor. XVIII 5 (108), 32 'deinde Ennianos' (Ennianos coni. Pincianus. inanes Bamb. Guelf. Rehd. in litura, omnes Rom. et edd. Gruteri) 'colligit uersus et in primis illos de Africano scriptos: cui nemo' e. q. s. 'ex eo se ait intellegere apud antiquos non tantum auxilium significasse opem sed operam: ait enim Ennius neminem potuisse Scipioni neque ciuem neque hostem reddere operae pretium.' (Sic restitui locum: in quem scripturae discrepantia haec est: non superser. in Guelf. opem om. libri sed opera ait. opera enim in eius neminem Bamb. Guelf. (nisi quod in om. Guelf.) sed operam. ait enim neminem Rehd. a Vat. ζ φ Pal. ι λ Pal. 3 Gruteri. sed operam ait. opera eius neminem Vat. η. sed opera eius neminem Vat. α. sed operam. ait enim in eius neminem Vrb. ν. sed opera ait. opera enim eius in neminem Pal. ϑ Pal. 1 Gruteri. sed opera ait. opera eius enim in neminem Alex. τ. sed opera. enim ait opera eius neminem Vat. ε. sed operam. ait enim neminem Pal. 2 Gruteri, Col. sed operam. ait opera enim eius neminem Pal. 4 Gruteri. sed operam, ait opera enim eius neminem Pinciani uetus lectio Scipioni] Scipionem Bamb. Guelf. Vrb. ν Pal. ϑ Pal. 1 et 4 Gruteri. in Scipionem Pal. 2 Gruteri, Col. sed operam. neminem enim neque ciuem neque hostem potuisse in Scipionem reddere Vat. χ) Cicero de leg. II 22, 57 'declarat enim Ennius de Africano: hic est ille situs.' Hanc particulam in unum elogium cum superioribus coniunxit is, quem Columna ut saepius dissimulat, Scaliger Catal. p. 187 III Cicero Tusc. disp. V 17, 49 'et est in aliqua uita praedicabile aliquid et gloriandum ac prae se ferendum, ut Epaminondas ... ut Africanus: [7. 8].' Mamertinus Genethl. c. 16 (p. 155 Arntzen.) 'etenim

---

6 quiuit *Vat. ζ φ in mg., Stephanus.* qui uult *libri ceteri omnes.* quibit *Pincianus, Scaliger* profectis *Guelf. et* (pro factis *superscr.*) *Bamb.* reddere opis pretium] reddere operae pretium *libri plerique.* operae reddere pretium *Rehd. a.* reddere operae praecium *Argent. a.* reddere oprae pretium *Lipsius et alii. cf. supra* 7 supra] adusque *Mamertinus* Maeotides *tres Oxon.* Maeotidas *edd. aliq. ueteres* 8 me *om. Reg. Pith. sex Oxon. aliique libri* aequiperare *Pith.* equiperare *Reg.* 9 si fas endo plagas coelestum *unus*

SOTA

I

'Ibant malací uiere Véneriam coróllam.

II

. . . . . Cyprió boui meréndam

III

'Alius in marí uult magnó tenere tónsam.

quod ait ille Romani carminis primus auctor, a sole exoriente adusque Maeotis paludes, id nunc longius longiusque protendere licet.' Seneca Epist. XVIII 5 (108), 34 'felicem deinde se putat, quod inuenerit unde uisum sit Vergilio dicere: quem super ingens Porta tonat caeli. Ennium' (Ennius plerique libri. Emnius Pal. 1. Cinnius Pal. 4 Gruteri) 'hoc ait Homero subripuisse, Ennio Vergilium. Esse enim apud Ciceronem in his ipsis de re publica libris hoc epigramma Enni: si fas' e. q. s. (epigramma c. nisi Bamb. epigramma est: nisi Guelf. Pal. ϑ) Lactantius Diu. Inst. I c. 18 'si quis unum hominem iugulauerit, pro contaminato ac nefario habetur .... ille autem qui infinita hominum milia trucidauerit .... non modo in templum sed etiam in caelum admittitur. Apud Ennium sic loquitur Africanus: [9. 10]; scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit. O quantis in tenebris Africane uersatus es! uel potius, o poëta, qui per caedes et sanguinem patere hominibus in caelum ascensum putaueris.' Coniunxit disticha Scaliger Catal. p. 187

Sota I Varro de L. L. V 62 M. 'ipsa a uinctura dicitur uieri id est uinciri, a quo est in Sota Enni ...' (in sota libri cum Flor. in Asoto Aldina. in Sotadico Scaliger) Festus p. 375 M. 'uiere alligare significat, ut hic uersus demonstrat: ibant' e. q. s. Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Jahn. 'ionicus septenarius: ibant' e. q. s. II Paulus Festi p. 59 M. 'Cyprio boui merendam Ennius Sotadico uersu cum dixit, significauit id quod solet fieri in insula Cypro, in qua boues humano stercore pascuntur.' III Festus p. 356 M. 'tonsam Ennius significat remum.

Lips. Pal. Vltr. (*item Pithoeus Adu. I* 11) *et nisi quod* coelestium *Regio-Putean. Lactantii.* nisi fas endo plagas caelestum *Bamb. Senecae, cf. supra.* si faciendo plagas coelestum *tres Reg. et Colb. aliique libri Lact.* nisi faciendo plagas coelestium *Pal. ϑ Pal.* 1 *Gruteri.* nisi faciendo celestium, *om.* plagas, *Guelf.* ne faciendo plagas caelestium *Pal.* 4 *Gruteri.* ni faciendo (fas esse *m. alt.*) plagas coelestum *Alex. τ.* non fas esse (*uel* omne) plagas caelestum (*uel* caelestium) *alii libri Senecae.* si fas caedendo caelestia *undecim libri rec. et edd. Lactantii, item* scandere *pro* ascendere *exhibentes, quam scripturam defendit Osannus ad Cic. de re publica p.* 421 *sq.*

I mala ciuiere *Flor. Haun. Varronis.* mala cluere *Darmst. Vat.* mala duere *Gorlic. Censorini.* malacam uiere *Scaliger, conl. ab Hephaestione citato uersu Sotadico* ποίης τέρεν ἄνθος μαλακὸν ματεῦσαι coronam *Censorinus*

IV *

. . alií [denique] rhétorica tóngent.

V **

'Ille ictu' retró reccidit ín natem supínus.

ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ SIVE PRAECEPTA

I

pannibus

II

'Vbi uidet auénam lolium créscere inter tríticum,
Sélegit, secérnit, aufert, ís operam addit sédulo,
Quaé tanto cum stúdio seruit.

quod quasi tondeatur ferro, cum ait l. VII [VII] item [VII fr. VIII] et in nasota: alius' e. q. s. (in Sota O. Muellerus p. 413. in Asota Vrsinus)

IV Festus p. 356 M. '[tongere Aelius Sti]lo ait noscere esse, [quod Praenestini tongi]tionem dicant pro no[tionem. significat et la]tius dominari. Ennius: [alii rhetorica] tongent.' Paulus p. 357 M. 'tongere nosse est, nam Praenestini tongitionem dicunt notionem. Ennius: alii' e. q. s. Sotadicum agnouit Scaliger Coni. p. 29, qui hunc cum superiore coniunxit

V Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Jahn. 'ionicus maior est: ille ictus' e. q. s. 'habet uitium in tertia syllaba.' Enniauum esse suspicatur Lachmannus ad Luer. I 186

Προτρεπτικός SIVE PRAECEPTA I Charisius I p. 40 P. (29 Lind.) 'at cum nulla causa cogente quid tale dicitur', (sc. abl. et dat. in abus uel ibus pro is) 'tunc, ni mirum, confitendum est de errore, ut ... et Ennius in protreptico: pannibus.' (in protreptrico cod.) II Prisciauus X p. 900 P. (I p. 502 K.) 'uetustissimi tamen etiam in simplici serui protulisse inueniuntur pro ordinaui et pro seui. Ennius in praeceptis: ubi' e. q. s.

---

4 denique *om. libri* de rhetŏrica *cf. Andromachae fr. XII*

5 ictu' *Lachmannus.* ictus *libri* retro reccidit *Lachmannus.* retro recidit *Darmst.* retrorecedit *Vat. Gorlic.* martem *Gorlic.* nantem *cod. Manutii* ictus ille retrocidit in n. s. *Santenius ad Terentianum p.* 120

2 uidet] uidelicet *Halberst.* is ubi uidet *Th. Hugius* 3 selegit *Bern.* seligit *ceteri* aufer& *Halberst.* aut fert *Reg.* is operam addit sedulo *Th. Hugius.* sedulo ubi operam addidit *libri* 4 quam tanto studio seruit (seruït *Halberst.*) *libri*

HEDVPHAGETICA

Omnibus ad Clupeam praestat mustela marina.
Mures sunt Aeni, spissa ostrea plurima Abydi.
Est pecten Mitylenae et apud Charadram Ambraciamque.
Brundusii sargust: hunc magnus si erit tibi sume.
Apriculum piscem scito primum esse Tarenti.
Surrenti face emas helopem, glaucum cape Cumis.

HEDVPHAGETICA Appuleius de magia c. 39 p. 484 Oud. 'Q. Ennius Hedyphagetica' (hediphagetica Fux. Pith. hedeus phagitica Flor. c hedīphagitica Flor. a. edesphagitica Fulu. Hedypathetica Scaliger Catal. p. 215) 'quae uersibus scripsit innumerabilia piscium genera enumerat, quae scilicet curiose cognorat. Paucos uersus memini, eos dicam: omnibus' e. q. s. 'alios etiam multis uersibus decoranit, et ubi gentium quisque eorum, qualiter assus aut iussulentus' (iusulentus

---

1 omnibus ut Clypea *libri.* omnibus at Clupeae *Turnebus Adu. XXI* 21, *Scaliger* 2 Aeni spissa] Aeni aspera *libri.* Aeni ast aspra *Turnebus*, *Scaliger*, *Casaubonus.* Aenid; aspra *Salmasius ad Solin. p.* 794 austrea uidi *Doruill.* 3 est pecten Mitylenae] mitylenae pecten *Flor. a.* Mithylena est pecten *Pith.* (*ut uid.*) mus Mitilenae est pecten *Flor. c edd. ante Casaub.* mus Mithylenae est petere (*ut uid.*) *Doruill.* Mitylenae est pecten *Casaubonus.* mitylus est pecten *Scaliger* et apud Charadram] caradrum apud *Flor.a Pith.* caradrinique apud *Flor. c.* caradiumque apud *Doruill.* caradrumque (*uel* quae) apud *Fulu. edd. ante Casaub.* aperque apud *Turnebus.* caprosque apud *Casaubonus.* charadrusque apud *Scaliger.* charadrumque *Salmasius* Ambraciamque] Vmbraciae (Vmbracie *uel* Vmbratie *Pith. Doruill.*) finis (*ut Flor. a c*) *siue* fines *libri et edd. ante Casaub.* Ambracienses *Casaubonus.* Ambraciae amnes *Turnebus*, *Scaliger.* Ambraciai *Salmasius* 4 Brundusii *plerique libri.* Brindisii *Flor. c.* Brundini *Doruill.* Brundisii *uel* Brentesii *Lachmannus ad Luer. V* 1006 *p.* 328. Brundīsi *I. V. Franckius apud Suerdsioeum Vind. praec. Bentl. p.* 53. Brundusio *Suerdsioeus ipse.* Brentēsi *uel* Brundūsi *Ph. Wagnerus in Verg. Aen. IX* 151 sargust] sargus bonus est *libri*, *nisi quod* est *om. Pith.* 4 *sq.* hunc magnus si erit sume apriculum *libri.* hunc magnus erit si Sume. apriclum *Turnebus*, *Scaliger*, *Casaubonus* 5 pisces *Doruill.* scito] secto *uel* seco *Pith.* 6 Surrenti aelopem fac emas Glaucum apud Cumas quid *Flor. c.* Surrenti telopen fac emas glaucum apud Cumas quid *Flor. a.* surrentia elepen fac emas apud Cumas quid *Pith.* Surrentiam elopen fucernas claucum apud Cumas quid *Doruill.* Surrenti fac emas glau-

Quid turdum, merulam, melanurum umbramque marinam
Praeterii atque scarum, cerebrum Iouis paene supremi?
Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque.
Polypus Corcyrae, caluaria pinguia acarnae,
Purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.

EPICHARMVS

I

Nám uidebar sómniare méd ego esse mórtuum.

II **

Frígori miscét calorem atque úmori aritúdinem.

Flor. c) 'optime sapiat: nec tamen ab eruditis reprehenditur.' Glossae ueteres ad Petron. Sat. 93 'scarus piscis nobilissimi genus, mari Carpathio frequens, cerebrum Iouis dictus ab Ennio.'

EPICHARMVS I Cicero Acad. pr. II 16, 51 'num censes Ennium, cum in hortis cum Seruio Galba .. ambulasset, dixisse: uisus sum mihi cum Galba ambulare? At cum somniauit, ita narrauit: uisus Homerus adesse poëta; idemque in Epicharmo ...' (in epicarmo Gud. in epio harmo Vind.) II Varro de L. L. V 60 M. 'quibus iunctis caelum et terra omnia exgenuerunt, quod per hos natura frigori' e. q. s. Cf. Nonius p. 71, 22 'aritudinem pro ariditate. Varro [Pro]metheo in libro I: hu-

---

cum et Cumas apud. at quid *Turnebus*, *Casaubonus*. Surrenti lopadas (*mauult* chemas), glaucum Cumas apud. at quid *Scaliger*. Surrentid elopem face emas. glaucum ad Cumas. Quid *Salmasius* 7 melanurum (menalurum *Doruill.*) turdum (cardum *Fulu.*) merulamque umbramque (umbraminque *Pith.*) marinam *libri*. Alburnum, turdum, melanurum u. m. *uel:* alburnum, turdum, merulamque u. m. *Ritschelius Ind. schol. Bonn. aest.* 1852 *p. XV*. tum turdum merulam melanurum u. m. *Schraderus* *Merulam*, *turdum*, *melanurum coniunxit Columella quoque VIII* 16, 8 *Hic uersus uulgo post* 8 *et* 9 *legitur* 8 scarum praeterii *libri* celebrum *Flor. c Doruill.* 9 Nestoris *Pith.* 10 pinguia carne *Flor. c.* pinguia carnae *Doruill.* pinguia Alarnae *Pith.* 11 purpuram *Flor. c Pith. Doruill.* muriculi *Turnebus.* marriculi *Flor. a c Pith. edd. uet.* matriculi *Doruill.* murex *Casaubonus.* mures *Flor. a Pith. edd. uet.*

1 sompniare *Erl. Vind. Gud.* med ego esse *Manutius*, *Lambinus.* me et ego esse *Erl. Vind. Gud. cum aliis libris.* ego med esse *Scaliger Coni. p.* 26. memet esse *Ernestius* 2 humori *uulgo*

III *

'Aqua, terra, anima, sól

IV *

Térris genteis ómnis peperit ét resumít dénuo:
'Istaec dat cibária atque quód gerit frugés, Ceres.

V

. . . . térra corpus ést, at mentis ígnis est.

VI

'Istic est de sóle sumptus: ísque totus méntis est.

VII *

'Istic est is Iúppiter quem díco, quem Graecí uocant
'Aërem: qui uéntus est et núbes: imber póstea
'Atque ex imbre frígus: uentus póst fit, aër dénuo.

manae quandam gentem stirpis concoquit Frigus calore atque umore aritudinem Miscet.' Epicharmo Ennii ascripsit Columna III Varro de re rustica I 4 'eius' (agri culturam dicit) 'principia sunt eadem quae mundi esse Ennius scribit, aqua terra anima sol.' Huc refert Columna IV Varro de L. L. V 64 M. 'terra Ops, quod hinc omne opus et hae opus ad uiuendum; et ideo dicitur Ops mater, quod terra mater. Haec enim terris ... denuo; quae dat cibaria, ut ait Ennius, quae quod gerit fruges, Ceres.' Huic carmini ascripsit Scaliger ut VII. Quae ... Ceres uulgo pro Varronianis accipiuntur; quod contra Bergkius de carm. Sal. rel. p. VIII haec quidem Ennii, sed illa quae dat cibaria Varronis uerba esse censet V Priscianus VII p. 764 P. (I p. 335 K.) 'hic et haec amentis et hoc amente: nec mirum, cuius simplex quoque mentis Ennius protulit in Epicharmo: terra' e. q. s. 'pro mens.' (enius Reg. ephicarmo Reg. inephicharmo Halberst.)

VI Varro de L. L. V 59 M. 'qui caldor e caelo, quod hic innumerabiles ac immortales ignes; itaque Epicharmus de mente humana dicit: istic est de sole' e. q. s. (dicit istic: est d. s. Spengelius, O. Muellerus)

VII Varro de L. L. V 65 M. 'idem hi dei Caelum et Terra, Iuppiter et

---

3 anima sol *cod. Politiani.* anima et sol *uulgo* 4 genteis *Haun.* gentis *ceteri cum Flor.* 5 isthaec *Scaliger.* quae *libri* atque quod] quae quod *libri*, *nisi quod* quaeque *Augustinus mg. ex libris* isthaec omnibus fruges gerit *Scaliger* 7 istic e. d. s. sumptus, isque totus m. e. *Bergkius Prooem. Emped. p.* 31. istic e. d. s. sumptus ignis id est sol est isque totus m. e. *libri.* istic e. d. s. sumptus ignis isque mentis est *Scaliger* 8 Iupiter *Flor.* Greci *Flor.* 9 aerem *Flor. Goth. Par. b ut uid.* arem *Par. c, om. Haun., lacuna in Par. a.* ἀέρα *Vertranius* 10 uentus *uulgo.* uentis *libri*

Haéce propter Iúppiter sunt ísta quae dicó tibi,
Quóniam mortalís atque urbes béluasque omnís iuuat.

VIII

Proserpina

EVHEMERVS SIVE SACRA HISTORIA

I

Initio primus in terris imperium summum Caelus habuit: is id regnum una cum fratribus suis instituit atque parauit.

II

Lactantius Diu. Inst. 1 c. 11 'sacra uero historia etiam ante consedisse illi aquilam in capite atque illi regnum portendisse testatur. Cui ergo sacrificare Iuppiter potuit, nisi Caelo auo? quem dicit Euhemerus in Oceania mortuum et in oppido Aulacia sepultum.' (Oceania sex Reg. inter quos uetustissimi et optimi duo. Occeania siue Occeana siue Octauia alii libri)

III

Exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan qui maior natu erat postulat ut ipse regnaret. Ibi Vesta mater eorum et sorores Ceres atque Ops suadent Saturno, ut de regno non concedat fratri. Ibi Titan qui facie deterior es-

Iuno, quod, ut ait Ennius: istic' e. q. s. VIII Varro de L. L. V 68 M. 'hinc Epicharmus Enni Proserpinam quoque appellat, quod solet esse sub terris.' (Enni Goth. Ennii ceteri)

EVHEMERVS I Lactantius Diu. Inst. 1 c. 13 'Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnasse Saturnum, sed Vranum patrem. Initio, inquit, primus' e. q. s. Cf. Epitome c. 14 III. IV Lactantius Diu. Inst.

---

11 haecce *Spengelius.* hec *Flor.* haec *ceteri libri.* istaec *Turnebus* Iupiter *Flor.* 12 quoniam *O. Muellerus.* qua *Flor. cum plerisque.* quia *Haun. ut uid.* mortalis *Flor. cum ceteris* beluasque *Flor.* belluasque *ceteri* omīs *Flor.* omnes *ceteri*

1 Caelus *libri.* Vranus *editiones* 2 suis sibi instituit *Epitome*

7 facie deterior *plerique libri.* facile deterior *aliq. libri cum plerisque edd. Cf. Sibyll. Carm. III* 127 *καί ῥ' ἔκριναν βασιλῆα Κρόνον πάντων βασιλεύειν Οὔνεκά τοι πρέσβιστός τ' ἦν γε καὶ εἶδος*

set quam Saturnus, idcirco et quod uidebat matrem atque sorores suas operam dare ut Saturnus regnaret, concessit ei ut is regnaret. Itaque pactus est cum Saturno, uti si quid liberum uirilis sexus ei natum esset, ne educaret. Id eius rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filius qui primus natus est, eum necauerunt. Deinde posterius nati sunt gemini, Iuppiter atque Iuno. Tum Iunonem Saturno in conspectum dedere atque Iouem clam abscondunt dantque eum Vestae educandum, celantes Saturnum. Item Neptunum clam Saturno Ops parit, eumque clanculum abscondit. Ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos Plutonem et Glaucam. Pluto Latine est Dis pater: alii Orcum uocant. Ibi Glaucam filiam Saturno ostendunt, at filium Plutonem celant atque abscondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Haec ut scripta sunt Iouis fratrumque eius stirps atque cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptione tradita est.

IV

Deinde Titan postquam resciuit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam, seducit secum filios suos qui Titani uocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro circumegit et custodiam his apponit.

V

Columella IX 2 'nec sane rustico dignum est sciscitari, fueritne mulier pulcherrima specie Melissa quam Iuppiter in apem conuertit an ut Euhemerus poëta'

I c. 14 'nunc quoniam ab his quae rettulimus aliquantulum sacra historia dissentit, aperiamus ea quae ueris litteris continentur, ne poëtarum ineptias in accusandis religionibus sequi ac probare uideamur. Haec Ennii uerba sunt: exin .... tradita est. Item paulo post haec infert: deinde' e. q. s. Verba: 'haec ut scripta sunt' e. q. s. ne quis Lactantii esse cen-

---

ἄριστος 20 Dispater *aliq. libri Isaci.* diispater *siue* dispiter *alii Lengletii.* diespiter *multi libri et plerique edd. Cf. Varro de L. L. V* 66 *M.* 21 ac *uulgo* 28 muro circumegit *plerique libri et edd. omnes.* muros circumegit *duo Reg. quorum alter est uetustissimus*

(sic et hic et infra Politianus Misc. c. 35 e duobus Mediceis; Homerus utrobique uulgo) 'dicit crabronibus et sole genitas apes quas nymphae Phryxonides educauerunt, mox Dictaeo specu Iouis extitisse nutrices easque pabula munere dei sortitas quibus ipsae paruum educauerant alumnum. Ista enim quamuis non dedeceant poëtam, summatim tamen et uno tantum modo uersiculo leuiter attigit Vergilius cum sic ait: Dictaeo caeli regem pauere sub antro. Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando et in qua regione primum natae sint, utrum in Thessalia sub Aristaeo an in insula Cea, ut scribit Euhemerus.'

VI

